



Dialogorum libri duo, : quibus aliquot Ecclesiæ catholicæ Dogmata, Lutheranorum & verbis, & sententiis roborantur,

<https://hdl.handle.net/1874/423856>

2



DIALO- GORVM LIBRI

duo, quibus aliquot Ecclesie catholice Do-
gmata, Lutheranorum & uerbis, &
sententijs roborantur, Autore
Ioanne Hoffmeynero
Augustiniano Col-
marien:

Nunc denuo ab ipso & aucti
& recogniti.

Cum Gratia et Priuilegio Cesa. Maic.
M. D. XLVI.

SENTENTIA.
D. Hilarij.

Dum grauis Hereticos agitât discordia, dumq;
Tot parium lites, diraq; bella serunt,
Vincuntur proprijs uesani uiribus hostes,
Atq; suis telis impia turba perit.
Vera fides superat, uictrix Ecclesia regnat,
Schismaticos perdit mutua pugna uiros.

MVLTVS

NOMINIBVS VE-

re Clariss. ac Nobili uiro D. Ca-

rolo Villingero à Schonen-

berg F. Ioannes Hoff-

meisterus Aug.

Colmarië.

S.D.



NTE AN-

nos septem, dum me

Euangelium Christi

catholice, et orthodo-

xè apud Chariss. meos

Colmarienses deprædicantem hostes

Ecclesiæ nostræ catholicæ, tam publi-

ce, quam priuatim impudentissimis ca-

lumnijs, ac famosis libellis impeterent,

quotidie uidelicet noua confingentes

a 2 men-

mendacia, quibus me pijs meis audito-
ribus exosum redderent: dum inquam,
taliam agerent illi, quos dixi hostes Ec-
clesiæ, ego diligenter cogitabam, quo-
modo tandem illorum improbitatem
uulgo exponere, & meam innocentiam
tutari possem, Quoniam uero A^d
uersarij nostri nihil magis urgebant, su-
amque causam non alia re magis com-
mendabilem, nostram uero malam face-
re, conarentur, quam identidem con-
querendo me ipsorum dogmata (mi-
hi, ut, ipsi falso iactabant, nec lecta &
ob id etiam non intellecta) solere ca-
lumniari, tandem id consilij coepi, me
si illorum pugnantia scripta, & anti-
logias ederem, posse et ueræ religionis
causam defendere, & illorum impuden-
tiam omnibus iudicandam proponere,
conscribebam ergo tum Dialogorum
per

per breuem libellum, qui & si infantiae
multum habet, tamen re ipsa expertus
Fui, laborem hunc meum uiris Catholi-
cis, iisdemq; pijs & doctis, non impro-
batum fuisse, & adhuc talibus proba-
ri, Hunc factum est ut honestus uir,
D. Alexander V ueissenborn Ty-
pographus Ingolstadien. (á quo libel-
lus interim sæpius petitus, sed repertus
non est) me rogaret, ut ipsi mea pace
liceret, illud qualecunque opusculum,
quum nullum amplius extaret, rursus
suis typis recudere, Ego uero, quum
etiam alij boni uiri me hac de re sæpius
interpellauerint, præsertim cum pri-
ma æditio parum diligenter esset excu-
sa, nolui obstare Typographi uolunta-
ti, sed recognoui primam illam foctu-
ram meam, & rursus ut cum aucta-
rio æderetur, annui, Eum igitur libel-
lum

lum certe exiguum. T. D. Clariss.
uir, inscribendum duxi, ut uel aliquo
modo grati animi mei, erga. T. D.
aliquod argumentū significarem. Mul
ta enim sunt, quorum nomine et tibi, et
tuis multas, & magnas gratias debeo,
Nolum hic referre illa ingentia benefi
cia, quæ Clariss. et ampliss. uir. D. Ia
cobus Villingerus Pater tuus Rom.
Impe. Thesaurarius Generalis Col
mariensibus meis chariss. præstitit: nec
illa, quæ honestiss. & castiss. iam ui
dua mater tua in eosdem meos conciuces
non ita pridem contulit, De ijs dicere
nec ausim, nec uolo, quæ in me T. D.
& huius affines, & cognati his die
bus contulerunt. Certe tu, et Clariss.
tua familia primi fuerunt, qui me licet
facie, & nomine pene incognitum huc
uenientem, quam amiciss. exceperunt,
& huc

Humaniss. tractarunt, & adhuc be-
nefici in me esse non cessant. Quare
si hoc minusquam Leuidensæ munu-
sculo. C. D. T. gratum facio, nihil
est, quod amplius petam. Scio certe
me rem admodum gratam facere Col-
maricis nostris, si ipsorum nomine et tibi,
et tuis conabor gratificari. Ar-
gumentum libri, ut et hoc dicam, aper-
tum est, ut non opus sit multis, & pro-
lixis uerbis illud explicare. Dialogo-
rum rationem secutus sum, quæ per se
aliquid iucunditatis adferre, & lecto-
rem non nihil delectare solet. Perso-
nas finxi non admodum intractabi-
les, tum quod breuitati studuerim, tum
etiam quod Lutheranismus mihi ui-
detur eiusmodi res esse, quæ hominẽ
non admodum circumspicere placere
primũ, sed dum probari non possit, incõ-
stantis

stantiam dogmatistarum & dogma-
tum nouorum aperui, ut nemo non ui-
deat quam futilibus rationibus nouato-
res illi nitantur, Duris quidem appella-
tionibus notauit aduersarios, sed hoc
non nisi ex proprijs ipsorum scriptis,
Nec unquam ferant mihi nondum pro-
bata dogmata illorum, quæ apud ipsos
autores adhuc incerta sunt, Nec quid-
quam in quenquam dixi, nisi in Au-
tores nouorum dogmatum, qui summa-
tes & infimates in hanc periculosam
nassam pellexerunt, si putant in Ma-
gistratus suos dictum, quod in dogmatistis
dicitur, intelligat etiam in Impera-
torem, Reges, Principes & Respu-
bli. Catholicas & Orthodoxas di-
ctum, quod dicitur in fidei ac religionis
nostræ professores, Putamus certe eas-
dem facilitate posse seduci principem
aliquem,

aliquem, quia illi putant seduci posse
Imperatorem, reliquos Christiani or-
bis reges Catholicis. Sed hæc satis,
Cuperem quidem meis scriptis neminẽ
offendere, quoniam uero hoc impetrare
non possum, age, suffecerit mihi quod
placeam pijs, Hoc itaque Clariss. uir,
quicquid est laboris tibi dedicatum, et
consecratum uolo, quod cupio læta
fronte excipias, & me sicut hætenus
commendatum habeas, Deus Opt.
Max. C. D. T. huiusque totam fami-
liam in sacrosancta sua fide, ueteri-
que pietate, ac religione perpetuo
conseruet. Ratisbonæ ter

tia Aprilis An.

no. 1546.

a 5

Catholici

Arnobius
 Athanasius
 Augustinus
 Ambrosius
 Cyprianus
 Damascenus
 Ecclesiastica histo.
 Hieronymus
 Ignatius
 Ioan. Chrysoſt.
 Lactantius
 V. Lyrinen.
 Neoterici
 Iacobus Sadoletus Car.
 Ioan. Faber. Episcopus.
 Ioan. Roffensis. Episco.
 Eras. Roterod.
 Conrad. Trcgarius
 Ioan. Eccius
 Ambrosius Pelargus
 Gaspar Sasgerus
 Ioan. Schlecta
 Celiuſ Calcagninus.

Martinus Lutherus
 Carloſtadius
 H. Zuinglius
 Io. Occolampadius,
 Marth. Bucerus
 Phi. Melanchthon
 Pomeranus
 L. Hetzerus
 H. Bullingerus
 Ioan. Brencius
 Urb. Rhegius
 Ioan. Caluinus
 V. Obsopæus
 Ioach. Vadianus
 D. Melander
 Con. Ryß.
 Sebaſt. Franck
 Phi. Melhouer,
 Confessiones uarie

Salus ex inimicis nostris, et de manu omni-
 nium, qui oderunt nos. Lucæ. i.

CONTENTS

in his.

	Ecclesiæ autoritate	1. Pag.
	Pontificatu Papæ	14.
	Missæ negotio ingenere	29
	Missæ sacrificio	34
	Eucharistiæ ueritate	34
	Utraque specie Sacramenti	43
	Diuorum Imaginibus	45
De	Diuorum intercessione, & inuocatione	51
	Diuorum reliquijs	51
	Confessione Sacramentali	57
	Satisfactione	60
	Delectu ciborum, & statis ieiunijs	61
	Cælibatu Clericorum	64
	Votis Monasticis	67
	Sententiæ Patrum de Hæreticis	(71)


Martinus


MARTIN. LVTH.
in Psalm. 5. Pag. 98.


Neque enim ulli Hæretici unquã
uicti sunt, ui aut astu, sed mutua dissen-
sione: sicut inter Sichimitas Iud. 9. In-
ter Babiloniæ turris operarios, & in
nostro Testamento, inter Arrianos,
Donatistas, Pelagianos. Sed & Iu-
dei nouiss. uastitate, perierunt dissen-
sione. Ita ut Hilarius Sanctus uir, glo-
rietur in libro de Trinitate, Bellum
Hæreticorum, esse pacem Ecclesiæ.

V. Rhegius in Catechi-
simo. folio. 5. a.

Patrum orthodoxorum et Ecc
clesiæ fidem sequitor tu, Et
satis tutus eris.







H
F
gu

P
ti
d
a
u
f

F. IOANNIS

HOFFMEISTERI AV-

gustini Colmarien. Dialogorum li-

ber primus, qui est de auctoritate

Ecclesiæ, germanaque S.

Scripturæ interpre-

tatione.

IOANNES Catholicus, IACO-
BUS Lutheranus.



IOANNES, MIRA-
ri satis non possum, qua
nam ratione Christus na-
uiculam suam (Ecclesiam
puto) tam miserè permit-
tat fluctibus & procellis
agitari: Cum nihilominus

Pater misericordiarum dici uelit, & deus tot-
tius consolationis, & impijs etiam aliquan-
do se quam citissime placabilem reddere soles-
at. Scio quia iudicia Dei occulta esse possunt,
ue inquit D. Augustinus, iniusta esse non pos-
sunt: Scio quia perpetuo non derelinquet

A spon

DIALOGORVM

D. Eras.
Rot.

sponsam suam quam precioso sanguine suo redemit ac sanctificauit : Scio tandem quia speciosior est, post anceps belliū Triumphus. Et solet nonnunquam Deus populi sui peccata per Philistæos & Holophernas & Nabugodonozoras emendare : &, ut est omnipotens artifex, impiorum maliciam in Ecclesiæ suæ bonum, inq; gloriam suam uerere plus ualet Dei bonitas, quam casus. IACO B V S. Quid tecum mustitas, eho bone uir ? Cur solito tristior ? Quid sibi uolunt gemitus & suspiria tam alte petita, I O. Nescio, sic soleo. Videor ne tibi subtristis ? Cæcutis, utere si placet, perspicillis. I A C O. Bene se res habet, si gemebundus etiam, & cum tristi ac turbulento hoc uultu tuo etiam iocari possis. Sed dic, amabo dic, quid animo uoluebas me huc appropinquante ? Nisi enim me fallunt omnia, est quod tibi bilem mouit. Nunquid conscientia huius interfuisti ? I O A N. Etiam : prestabat non interfuisse, aut forsitan aliqua ratione utile est. I A C O B. Qui sic ? An non satisfacit stomacho tuo Euangelista noster ? An non egregie, ut omnia, scripturas secat ? I O A N N E S. Vtrunq; porro meum non est censere, quis quid dicat. I A C O. Bona uerba quaeso. Qua igitur tu utilitate audis Euangelium, si non est tibi animus, impijs reiectis, pia sectari ? Cur accedis medicum, si illius iuxta præscriptū uiuere nolueris ; I O A N. Egregie scilicet

LIBER. I.

scilicet, Quid si medicorum turba me perdat?
 Hactenus non conuenit inter tuos medicos,
 quis morbus me corripuerit, & hic suadet fri-
 gidum, alter calidum, hic offert, quod alius
 prohibet, alius negat, alius ait, alius delibe-
 randum censet. In hoc omnes consentiunt, me
 esse miserum. Nec desunt, qui morbo grauio-
 ra remedia addant. I A C O. Teneo quid ue-
 lis. Displicet tibi quod Euangelista noster,
 longe diuersa à uestris concionatoribus pro-
 ponit, nimirum Euangelium & Paulinas epi-
 stolas. Hæc concionatores uestri, aut non at-
 tingūt, aut si attingunt, suis impuris glossis, &
 somnijs scædant & conspurcant, Imo cæci illi
 duces Christum cum suis ministris cane &
 angue peius oderunt. IOAN. Probe dixisti:
 rem nimirum acu tangens. En tibi herbam.
 I A C O. Sat intempestiue me rides, quasi
 ante uictoriam Triumphare uelim. Si ma-
 le loquutus sum (ait Christus in hodierna
 concione) testimonium perhibe de malo.
 Nunquid Euangelium postponendum fue-
 rit, te iudice, anilibus fabulis? I O A N. Im-
 pius sit necesse est, cui hoc uel per somnium
 in mentem uenerit. Christi uox est: Euntes
 in mundum uniuersum prædicate Euange-
 lium omni creaturæ: Hoc qui prædicauerit,
 eum ego lubens & audiam & commendem
 omnibus: I A C O. Si tibi talis est animus,
 qualem uerba pollicentur, nō potest non tibi

*Sic amant
 uocari.*

DIALOGORVM

summe placere Euangelista noster, qui præter
 cætera, est homo doctus, Hæbraicæ, Græcæ, &
 Latinæ linguarū peritissimus. Nemini blādus,
 acerrime inuehitur in Papam, & reliquam huius
 ius generis fecem. Breuiter, uerus Euangelista
 est, qui præter Euangelium nihil pollicetur. Ex
 suis somnijs nihil audis, sed alterum serè uerum
 est Christus, Paulus, Petrus: Non sophis-
 tico more argumentatur, dicens, Arguitur
 primo, secundo, et tertio. Sed Deus dicit, Chri-
 stus dicit, Paulus testatur. IOANNES.
 Non dubito quin multa polliceatur, sed sub-
 uereor ne non omnia præstare possit. Nam
 si plura bona polliceri, rem omnem absoluit,
 facile relictis tuis Euangelistis ad nostros con-
 cionatores concedes: hinc .n. iureiurando affir-
 mat se præter diuina nihil dicturos, et me Her-
 cle, quicquid dicunt uel proponunt, Scriptura-
 rum autoritatibus satis cõmuniunt. Et, ne &
 hoc te celem, longe alia à meis Concionatorijs
 audies, quàm ego hodie à tuo Euangelista
 audierim. IACOBVS. Dic sodes, quid audisti
 referentem nostrum Euangelistam? Ut sic
 intelligam, possis ne audire an non, eum qui
 prædicatur, noua quædam, & hætenus à
 paucis audita proponere: IOANNES.
 Lõge plura dixit quam ut paucis recitari possit.
 Adde quod natura me non omnino tenaci-
 sis memoriæ finxerit. IACOBVS. Neque te
 astrictum uolo, ut omnia recites, suffecerit uel
 pauca

pauca audisse. IOANNES. Inter cætera quæ
 proponebat, admonebat populum, ne se pa-
 tiantur seduci à uero et uiuo deo. Multos enim
 iam extare pseudo Prophetas, ac populi cor-
 ruptores, qui blandis, & dulcibus sermo-
 nibus, imponunt simplicibus, à Christo abdu-
 centes ad simulachra illa muta, quæ tamē Do-
 minus omnes omnium imagines prohibuerit.
 Sic enim ait Dominus: Non facies tibi scul-
 ptile: & Psalmista: Similes, inquit, fiant illis
 qui faciunt ea: et huiusmodi multa coacerua-
 bat, qualia memini me olim legere apud He-
 tzerum, cuius libellum nō ita pridem Basilea
 Latio donauit. IACOBVS. Vides iã quàm
 nihil ex proprio capite cōminiscatur. Omnia
 illius dicta, uerbis utriusque Testamenti cōfir-
 mata sunt; Sed dicito, Quid tibi uidetur? as-
 sentiris? IOANNES. Ah qui possem uel u-
 nico digitulo in illius sententiam concedere,
 cum hoc ipso die nostrum concionatorē au-
 diuerim, de eadem re, proponentem, et, me iu-
 dice, piè docentē. IACOBVS. Opportune.
 Quid dixit: Num diuersa à nostro Euange-
 lista? IOAN. Dubitas? IACOB. Et qui non
 possem dubitare, quando uel teipso asserente,
 sententia nostri Euangelistæ, magnificis testi-
 monijs probe munita sit, Nec credo quen-
 quam tam effrontem, qui diuersum à Sacris
 literis profiteri ausit. Neque enim præses hoc
 seculum, postquam purior Euangelij doctri-

DIALOGORVM

na Pontificiorū impuris decretis et Drecreta^{is}
 libus successit, stīpites habet uel Trūcos, sicut
 Papistis hactenus uisum fuit. Inuenies contē-
 ptum à Papistis Rusticum, qui ad unguem
 nouit, quid habeant Sacra Biblia, pollicque
 multis Theologis in hac palæstra præripere
 palmam. I O A N N E S. Suo iudicio scilis-
 cet, Nihil assero, sed tantum recito, quæ tuus
 predicator, aut si ita tibi placet, Euangelista
 tuus, dixerat hodie. Nec dubito quī Rustici tui
 in sinu, in humeris, & in faccis scilicet multa
 possint ferre Biblia. Sed audi, quæ ex nostri
 concionatoris sermone memoriæ commen-
 darim. Hic post; Sancti Euangelij interpre-
 tationem inter cætera & hæc dicebat. Ee
 tempus & locus postulant, ut serè singulis
 concionibus, hæreticis, qui undique uene-
 num suum euomere conantur, uias obstru-
 am, uosque contra illorum uersutias præ-
 moneam. Nihil illi non calumniantur, etiam
 ea ipsa, quæ Ecclesia Sancta catholica, sac-
 rosancta esse hactenus confessa est, ut quæ
 ab Apostolis & horum doctis ac Sanctis
 discipulis obseruanda accepit: Sacrosancta
 Ecclesiæ sacramenta calumniantur, atque
 prophanant, illi qui æquissimi & prudentiss.
 Ecclesiæ Catholice reformatores uideri &
 audiri uolunt in uobis, Cæremonias im-
 pietatis accusant, Missæ sacrificium ido-
 lolatriam uocant, Diuorum item imaginis
bus

bus bellum mouent, contendentes, omnes
 in uniuersum Imagines à Deo prohiberi,
 & eos omnes idololatrias esse, qui uel fa-
 ciunt, uel facientibus Imagines consenti-
 unt. Nec pudet illos tam manifesti menda-
 cæ. Interim tamen in summa ueneratio-
 ne habent Effigies, & imagines Lutheri,
 Melanchthonis, Ionæ, Pomerani, Zuing-
 glii, Oecolampadii, Ioannis Anabaptistæ
 Monasterien: Ioannis Hufs Pragensis, &
 aliorum noui Euangelij huius autorum. Il-
 lud porro ego cum reliquis pijs censuerim
 (cum iam recepta quædam uulgo sint,
 quæ suapte natura non redolent pietatem,
 ue solum in eis quod nimium est subaccu-
 sari posse uideatur, sicut est quorundam
 Diuorum ueneratio & picturarum crebri-
 tas) non esse popularibus studijs obliuiscen-
 dum, non quin multo rectius sit figere in
 Christo cogitationum summam, Sed quod
 neque ista à fide nostra aliena sunt, & non
 queunt omnes ad sublimiora illa facile a-
 scendere: Nec est ullus locus in Biblijs, qui
 fideliter interpretatus Ecclesiæ, quod quidem
 ad Imagines attinet, refragetur: Scriptura sa-
 cra non detestatur, citra delectum, omnes
 imagines. Exemplo nobis sint Serpens
 æneus, Boues, Leones, Cherubim in
 Templo, &cetera. Multa sic adducebat
 concionator noster: simul etiam aduer-
 sarios

IACO. SAs.
 doletur.

DIALOGORVM

fariorum frigidas obiectiones diluens, arguens
 mentis ex Sacris Biblijs hauſtis. His mira cō
 sonantia adiungebat sententias. S. Patrum,
 qui idem omnes, semper et ubiq; crediderunt,
 prædicarunt, atque scripserunt. Quid mi Iac
 obe, hic tibi uidetur? An tu putas conciona
 torem nostrum à uero scopo aberrasse? Nun
 quid & huius uerba suos habent sacros satel
 lites? IACOBVS. Habent utiq;. Audiui
 argumenta, & rationes: scripturas item, quæ
 certè refellere non possum. Verū si adesset Eu
 uangelista noster, fortassis sua muniret, ac obs
 iecta tua dilueret. IOANNES. Persuasum
 habeo, tuum Euangelistam non fore mutū ad
 hæc. Sed quid tu iudicabis, cum uterque sua
 scripturis sacris muniat? IACOBVS. Ne
 scio quid facturum sim, cum audiam utrunq;
 suas partes defendere, & hoc æqualibus lan
 ceis, hoc est testimonijs Sanctorum Biblio
 rum. Vtraq; certè pars eandem scripturam
 complectitur ac ueneratur, sed de sensu scri
 pturæ pugna est, Hoc itaq; apud me certum
 est, non posse utrunq; uera dicere, quando
 quidem tam diuersa dicunt. IOANNES.
 Hoc abs te audire gestiebam. Væ illis qui di
 cunt bonum malū, et malum bonū: ponentes
 diem tenebras, et tenebras diem quemad
 modum Dominus apud prophetā conquerit.
 Sed nescio quō hic tibi confites, quū fatearis te
 non intelligere, uter recte doceat, quū tñ si non
 cont

Eras. Ro.
 de libe. Ar
 bitrio.

contempto, certe neglecto Concionatore nostro, ad Nouum illum Euangelistam concesseris. Certe hac tua discessione uideris & nostrum condemnare. Nouum uero illum probare. Hoc certe non est hominis iudicare nescientis, sed potius hominis temere iudicantis. Sed ad rem ipsam; nam quæ ego hic dico, scio te non posse negare. IACOBVS. Quid igitur? Culpa bimus ne tuum concionatorem, an Euangelistam nostrum; Non enim possumus utrumque uel probare uel rejicere. IOANNES. Ego meum non patiar condemnari, causas ostensurus suo loco. IACOBVS. Ergo ne meum condemnabis? Et tamen sua dicta & statuta testimonijs utriusque instrumenti communit. IOANNES. An ne uerum est quod iam dixi? Dixisti te non intelligere uter inter hos duos recte uel inique tractet scripturas: & tamen hic confidenter pronuncias, nouum illum tuum uere dicere, hoc nimirum deceptus quod uerbis scripturæ usus fuit. Nolo autem te lateat, mi Iacobe, scripturæ uim iuxta. D. Hieronymum, non esse in legendo, sed in intelligendo. Et multi alienis plumis se tegunt, Exuuias Leonis, etiam cumanus Asinus interdum solent induere. Iactant & iurant quidem pseudo Prophetæ, ut Lutherus ait, se nihil quam gloriam Dei, salutem fratrum querere, & uerbum Dei pure docere: sed reuera deprauant uerbum Dei, & detorquent ad alienum sensum, ut hoc

A s cogatur

In Gal.
cap. 3.

DIALOGORVM

cogatur, illis sonare quod ipsi somniant. Ideo sub nomine Christi, sua somnia tendunt, scientes apud ueros Christianos non habere locū, nisi quod nomine & testimonio Christi proponitur. Et ut, quod uolo paucis absoluam. Si statim pius est Euangelista, qui sua scripturis ornat, aut tegit potius, cur non pari ratione beatificamus Satanam? Ipse enim Satanas non dubitat congredi Christo, & ipsum sacris literis non docere, sed seducere. Hęc enim sunt quę in medium adducit: Scriptum est, Angelis suis mandauit de te &c. E regione Christus etiam se se tutatur scripturis, illud obijciens: Scriptum est, inquit, Non tentabis dominum tuum Deum. Quum iam uterq; sua scripturis communiat, utri tu palmam concedens? IACO. Alteri. Sed extra iocum, Ratio dicat, palmam Christo tribuendam, ut qui cum sit ueritas ipsa, mentiri non possit. IOAN. uideo te Christi autoritate premi, quo minus libere audeas pronūciare, Aliud itaq; par obijciam, quod sese diuinis literis tutatur, & tamen ex utraq; parte diuersa docet. Ariani contendunt filium Dei non esse eiusdem cum patre substantię, hoc Christi dicto freti. Pater maior me est: Catholici autem prædicant, Dei filium Deo patri coequalem: suam sententiam probantes hoc domini Iesu dicto: Ego & pater unum sumus. Sic pelagiani, ut Oecolampadius dicit, allegant. Iuxta te est sermo ualde in ore tuo. Orthodoxi

H. Bullin,
contra.
Anabap.
Tracta. 1
cap. 1.

Io. Oecolamp.
in
Respon.
ad Luth.

Orthodoxi contra: Sine me nihil potestis
 facere. Quid iam tibi uideatur? Vtri decer-
 nes coronam? neuter sibi in hac conflictatio-
 ne non uideatur Hercules. IACOB. Or-
 thodoxorum parti. IOAN. Quae rationes?
 Cur permittis orthodoxis, quod Arrianis,
 uel Pelagianis uitio uertis? IACOB. Quia
 Arriani uim faciunt Scripturis, quas Or-
 thodoxi dextre interpretantur. IOAN. *H. Bull.*
 Ergo in hoc rei cardo uertitur, non quod *ad Gal.*
 scripturis quis sua muniat, sed quomodo *cap. 1.*
 muniat, ne iniuriam faciat scripturae, ne
 à uero sensu torqueat, regulam adaptans
 lapidi, cum diuersum factum oportuit. IACOB.
 Equidem non repugnauerim. IOAN.
 Non igitur imponat tibi Euangelista ille tu-
 us, quia sacris testimonijs utitur, sed uide, qua
 ratione, quae dexteritate utatur. Quemad-
 modum enim Satan, ita omnes infideles Scri-
 pturam tractant, sicut Oecolamp. admonuit, & *Io. Oecolamp. in*
 deprauate illam adducunt, non iuxta mentem *lamp. in*
 spiritus sancti, sed iuxta suas prauas phanta- *Matth.*
 suas, quas conceperunt, uel inuidia moti, uel in- *cap. 4.*
 ani gloria, quo semel imbibitum errorem
 stabiliant. Attende item quod apud Vin- *Vide Seb.*
 centium Lyrinensem legimus. Solent in- *Frank.*
 quit, Hæretici plane, & uehementer quidem, *in Chroni-*
 Scripturis sacris uti: nã uideas eos uolare per *cis de Mō-*
 singula quæq; legis uolumina, per Mosi, per *tana Hæ-*
 Regnorū libros, per Psalmos, per Apostolos, *per res.*

DIALOGORVM

per Euangelia, per Prophetas. Siue enim apud suos, siue apud alienos, siue priuatim, siue publice, siue in sermonibus, siue in libris, nihil unquam pene de suo proferunt, quod non etiã scripturę uerbis adumbrare conentur. Sed tanto magis cauendi sunt, & pertimescendi, quanto occultius sub diuinę legis umbraculis latent. Sciunt enim fætores suos nulli ferẽ cito placituros, si nudi, & simplices exhalentur, atque idcirco eos cęlesti eloquio, uelut quodam aromate aspergunt. Itaq; faciunt quod hĩ solent, qui paruulis austera quędam temperatũri pocula, prius ora melle circumlinunt, ut incauta ætas, cum dulcedinem præsenferit, amaritudinẽ non reformidet. Hactenus Vincentius. Audi & ipsum Lutherum dicentem. Nullus hæreticus uenit sub titulo erroris et Satanę. Nec diabolus ipse uenit ut diabolus. etc. Non itaq; abs re Christus dixit. Attendite a falsis Prophetis qui ueniunt ad uos in uestimenti ouium, &c. Adde quod Hæretici quędam scripturas probant, ut Hieronymus ait, quasdã reprobant, defecata cupientes uina potare, cũ in sanctis scripturis nihil turbidum sit atq; cęnosum, sed totũ de superiori fonte purissimum. Qualis censor librorum Biblię. M. Lutherus sit, ipsius proemia in Biblia satis arguũt. Et excusat quidem hunc Bucerus in Disputatione Bernensi, sic tamen ut nemo non intelligat Bucerũ suam, nõ illius causam agere, Ergo

*In Gal.
cap. 1.*

*In Amos
cap. 6.*

Ergo, ut Tertulliani utar uerbis, in Dispu-
 tando cum Hæreticis, nō ad scripturas prouo- *De prescrip. &*
 dandum est, neque in his constituendum certa- *aduersus*
 men, quibus aut nulla aut incerta Victoria est, *Mar. li. 4.*
 aut parum certa: Hactenus ille. Nec abhorret *Irenæus*
 ab huius sententia, Iræneus dicens: Sicut quis *lib. 3. cap.*
 aquæ mixtum gipsum dans pro lacte, seducat *16.*
 per similitudinem coloris, ita & Hæretici im- *In Apolo*
 ponunt fidelibus similibus uerborum, cum *ge. cap.*
 existimantur similia Catholicis dicere. Et so- *46.*
 lent huiusmodi uulpes, ait idem autor alibi, ad
 hibere suis fabulis, fide digna, ut figmentum
 illorum non sine teste esse uideatur. Quid pro-
 hibet & Tertullianum rursus adducere, cū ait,
 Omnia aduersus ueritatem, de ipsa ueritate
 constructa sunt. Cæterum ne tibi molestus
 sim, iam receptui canam. Existimo enim iam
 me euicisse Concionatoribus non ideo tantū
 credendum, quia dictis suis fidem facere co-
 nantur Scripturis Sacris, sed oportere aliud es-
 se, quo probemus spiritus, utrum ex Deo sint.
 IACO. Multa tu quidem egregie, quibus re-
 lucta i non possum. Velim tamen abs te scire
 si modo citra impudentiam fieri possit, qua
 nam ratione Euangelistis nostris, tanta sit cura
 & scripturas, et scripturæ loca tam anxie
 adducere, cum tuo iudicio, hac diligentia pa-
 rum apud fideles promouere possint. IOAN.
 Huius reirationem accipe, uel ipsis sybil-
 linis literis certiolem, dolus Hæreticorum
 hic

DIALOGORVM

hic est, primo omnium stultæ plebeculæ per
 suadere certissimam uictoriam in adducendis
 S. Scripturæ testimonijs consistere, neq; Ec-
 clesiæ iudicium audiendum. **I A C O.** Quali
 scilicet non sepiss. iudicium deferant Ecclesijs:
 non quidem Romanis, sed suis, hoc est eis, qui
 Euangelio Christi addicti sunt, & tanq; spiri-
 tuales de eo iudicare possunt. **I O A N.** Hoc
 non ignorabant: possunt enim Euangelistæ
 sine suo magno periculo Ecclesijs suis, hoc est
 populo stulte credulo iudicium deferre. Nam
 tales discipuli, & quibus hæc Euangelij li-
 bertas placet, non facile condemnabunt suos
Antesignanos. Sed de uera Christi Ecclesia lo-
 quor, cui deferendum iudicium est, & quam
 tantopere condemnant uestri Euangelistæ.
 Hinc illud Augustini, Euangelio non crede-
 rem, nisi me Ecclesiæ commoueret authori-
 tas, locum non habet, sed Zuinglij para-
 doxum illi diuersum. Hoc cum apud cred-
 ulam, & nouitatis studiosam plebem euices-
 rint (solita scilicet modestia) tum corradunt
 undiq; testimonia, quacunc; tandem possunt
 opportunitate, ne dicam asturia, sicq; tandem
 uulgo fidem faciunt. Et nostri Concionato-
 res, fateor ingenuè, in hoc plus æquo uestros
 Euangelistas imitantur, ut sic paribus armis
 cum hoste congrediantur, neq; tamen hoc fa-
 ciunt quasi his tantum armis uictoriam &
 triumphum sibi polliceantur, cum longe
 aliud

Articu. 1.

LIBER. I.

Aliud illis sit Lydius, quod dicitur, lapis. I A
 C O B. Et si iam euiceris contionatoribus
 non ideo tantum credendum, quod Scriptur
 is sua tueantur dicta (facile autē me inermem
 uincere poteris: sed si tibi res foret cum nostro
 Euangelista, plus sudandum) tamen aliud est,
 quo sibi Euangelista noster fidem facit.
 I O A N. Forte hasta iuncea. I A C O. Nequa
 quam, Telum splendenti Lancea ferro. Et ia
 culū, teloque animus potentior omni. I O A N.
 Quem Cadmum hic nobis refert? I A C O B.
 Quasi scilicet Lutherus talibus armis non pro
 fraterit capricornum illū, Empserum puto. *Contra*
 Versamur in Theologorum palestra, oportet *Emserū.*
 ergo illa omnia mysticē intelligi. Est apud
 Paulum inuenire, Galeam, Scutum, Loricam,
 Gladium, & reliquam Christiani militis Pano
 pliam. I O A N. Candida de nigris, & de can
 dentibus atra sic facere poteris. Sed facebant
 hæc. Dic porrō quibus armis utatur Euange
 lista tuus, demptis Sacris Biblijs. I A C O B.
 Quibus deberet uti: uino uendibili non est o
 pus suspenſa hædera. Euangelista noster, fan
 ctissimæ est uitæ, ieiunat, orat, elemosynas elar
 gitur, nec minus pietatem uita, quam exem
 plo promouet. I O A N. Rara auis in terris.
 Tibi ergo persuasum est, illa esse ueræ doctri
 næ uera testimonia: I A C O. Plane persuasum,
 Christus enim discipulis suis dixit. Nemo ac
 cendit lucernam &c. Vos estis lux mundi.
 Sic

DIALOGORVM

Sic luceat lux uestra: quæ omnia admonent
 Euangelistas, ut uitæ puritate, doctrinæ respō
 deant. **IOANNES**. Recte admones. Sunt
 quidem pietatis opera, testimonia doctrinæ
 sanæ, sed oportet ut primo omnium doctrina
 sana sit. Audi Christum dicentē: Super Cate
 dram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei,
 Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, nolite
 facere. Dicunt enim & non faciunt. Vides
 quia citra bonorum operum testimonia Chris
 tus iubet Phariseorum doctrinam audire. Po
 test igitur doctrina uera esse & hæc esse pos
 sunt citra bonam doctrinam, Nunquid Iudæ
 proditori non credendum est, etiamsi dixerit
 pænitentiam agite & credite Euangelio? Ad
 iunge his quod opera illa, quæ enumeras, non
 sunt bona facienti, nisi bono animo fiant. Sed
 non iuuat hoc loci Hypocrisim & Pharisais
 mum traducere. Quid igitur iam euicisti? **IACOBVS**.
IOANNES. Hoc quod Paulus, quando dicit.
 Oportet Episcopum esse irreprehensibilem, et
 habere bonum testimonium etiam ab his qui
 foris sunt. **IOANNES**. Accipio, Conciona
 tor omnibus modis debet se præbere bono
 rum operum exemplar. Neque tamen suffici
 entia testimonia sunt, ut ipsi in omnibus fidē
 habeam. **IACOBVS**. Qui fit? Dic aperte, ut
 trum bona opera testentur Concionatorem
 Hæreticum, an Catholicum? **IOANNES**.
 Neutrum. Neque enim ideo quis Hæreticus est,
 quia

quia male uiuit (aliud enim est Hæreticum esse, aliud peccatorem) neque quis ideo Catholicus censendus, quia ieiunat, precatur, pauperibus inseruit, &c. Euangelium huius teste audiuius. An non legimus apud Diuum Hieronymum hæc uerba? Ieiunat Manicheus, inquit, & multi Hæretici, maximeque Encratitæ quorum princeps Tatianus est, sed hoc ieiunium saturitate & ebrietate pelus est. Hactenus Hiero. D. item Erasmus Roterd. Manicheorum, inquit, prodigiosa narratur abstinentia, atque etiam continentia. Oves aspernantur Ebionitæ, iugiter orant Psalmani, in desertis locis uiuebant Antropomorphitæ, canabæis tegebantur, ieiunijs, laboribus & Chameunijs macerabant carnem, Summa, si uitæ pietas sufficienti testimonio est, ut alicui credamus, cur non omnia pari calculo probamus, quæ Tertullianus, Cyprianus, Hilarius, Irenæus, uel etiam doctissimus Origenes habent? Nam eos fuisse pietatis studiosissimos, nemo inficias ibit, Dissimulo, quod & paucis delibaueram, quod nostrum non est iudicare ueram pietatem, quæ aliquando quæstus potius dici meretur, quam pietas. Neque enim statim qui ieiunat, ait Hieronymus, Deo ieiunat: aut extendens pauperi manum, deo scenerat. Vicina sunt uirtutibus. I A C O. Ediffere obsecro paucis, quid nam in uniuersum de uitæ puritate

In Ioel.

Cap. 1.

In Catech.

chis. 4.

Aduer:

Luciferis

DIALOGORVM

rate Ecclesiasticis sentiendum sit. IOAN.
 Acquiore animo esto, iuuabit hæc attigisse.
 Concionatoris Catholici integra uita pluri-
 mum ponderis addit Doctrinæ, uita uero dis-
 soluta, famam illius haud parum denigrat
 & aliquando etiam uitam subditorum cor-
 rumpere solet, In hoc tamen tolerabilis uide-
 tur, quod ipse quantumuis impie uiuens, ta-
 men ad uitæ puritatem alios hortatur. Neq̃
 unquam poterit tantum corrumpere impura
 sua uita, quantum Schismaticus Hæretica do-
 ctrina. Hæc enim se palliare nouit, illa uero
 statim se prodit qualis sit. Porro Hæreticus
 quo integrior uixerit, eo nocentior erit. Qui
 na liquidem pelle tectus, rapacem occulit Lu-
 pum. At pessima uita Hæretico derogat fi-
 dem, igitur sicut mala conuersatio ex Catho-
 lico non facit Hæreticum, ita bona conuersa-
 tio ex hæretico non facit Catholicum. Has
 bes iam paucis quid super hac re sentiam, Tu
 si lubet Augustinum lege de Baptis. paru-
 lorum contra Donatistas lib. 4. Cap. 18. sus-
 per hoc negotio disputantem: I A C O. Ces-
 do tibi palinam, tamen hoc ipsum per omnia
 sacra te obtestans, sic mecum conferas, ut
 non minus piè instructus, quam strenue uis-
 ctus discedam. Quod fiet, si me non cela-
 ueris quibus rationibus conuincas uestram
 doctrinam esse sanam atq; Catholicam. Has-
 bebis me discipulum docilem & auditorem
bene

beneuolum. Nunquam interrumpam sermones tuos IOAN. Quis sic? Sint uices: Sit familiare ac amicū colloquium? Si qua ex meis sermonibus diluere poteris, audacter obijce. IACO. Placet, age, incipe tuas partes tutari, Primus te interpello, ac abs te intelligere cupio, ubi nam ueram scripturæ Sanctæ interpretationem inuenire possim? Iam enim satis probatum est in superioribus, non referre quas Scripturas quis adducat, sed quam commode. IOAN. In hoc ni fallor omnes consentiunt, apud Ecclesiam, quæ spiritu Sancto regitur, quæ columna ueritatis dicitur, ueram esse, & inueniri Scripturarum interpretationem, ac intelligentiam. Scripturam siquidem scripturis interpretari, non uidetur certissima Regula: utraq; certè pars clamat Euangelium Euangelium, & penes se contendit esse Scripturæ germanum sensum. IACO. Hæc quæ dicis facile admiserim, ut quæ sacris literis omnino consentanea sunt, Sed o bone, quam dabis mihi Ecclesiam? Vbi illa Ecclesia, quæ Scripturas recte interpretari docet? Num Romanam omnium malorum cloacam. Hæc profecto est impudentia Pontificiorum, ut Bullingeri uerbis utar, ut Scripturæ iudicem imponant hominem. Quamq; enim obijciant, Spiritualem omnia iudicare, id tamē quod sequit̄, nō addunt, ipse uero à nemine iudicat̄. Deinde

In 1. Coy.

2.

DIALOGORVM

non expendunt, quod Spirituālis non est, qui
 spiritus dei dono non ducitur, et quod ille per
 spiritum ad præscriptum sacrarum literarum
 omnia exigit, ut iam ipsam scripturā Sancti
 Spiritus instinctum agnoscat, omnium huma-
 narum functionum esse regulam, Spiritum iu-
 dicem. Et hæretici buccis etiam crepantibus
 iactant se habere Ecclesiam. In tali ergo rerū
 statu singulis acclamantibus: Nō istic, sed hic
 est Christus: Quo signo dignoscimus unicam
 illam Christi Columbam? IOAN. Meo iu-
 dicio nos ad Ecclesiam pertinemus, & nostri
 concionatores scripturas orthodoxè tractāt.
 IA. Ego diuersum arbitror. IO. Tu tuo, si ita
 uisum est, utitor iudicio. Ego porrò, cum con-
 templor authores, quorum uestigijs nos inhe-
 remus, non patior me uel latum culinum ab
 Ecclesia mea moueri. IACO. Quos authores
 mihi narras. IOAN. Petrum, cui comissa est
 Ecclesia, Paulum, & huius coapostolos, quos
 apostolus dicit à Christo datos, ad consumma-
 tionem sanctorū, in opus ministerij, in ædifica-
 tionē corporis Christi: IA. Scilicet, simile quod
 & Hæretici prætexere possunt, Nosti opinor,
 Nicolaitarū pestilentissimā hæresim, sed Euā-
 gelista Iohānes testat illā proditā à Nicolao,
 qui fuit unus ex septē illis Diaconibus, quos
 Lucas scribit fuisse uiros boni testimonij, ple-
 nos item sapientia & Spiritu sancto, Sunt &
 Hieronymo teste, Caiani, qui Cayn et Iudam
 colent

tolentes dicebant illū esse fortissimæ uirtutis,
 hunc pio consilio prodidisse Chr̄m, quod sciret
 quantum boni esset illinc profecturum orbi.
 Num & huiusmodi hæreses, quos Apostolo
 et Diacono acceptas ferimus, agnoscitis et ad-
 mittitis: IO. Eodem calculo, quo D. Petri tri-
 nā negationem. Neque. n. hanc doctrinā seq-
 mur, quia Petri est, sed quia nouimus Petrum et
 alios Apostolos, eam à Christo didicisse, Et
 huius doctrine habemus post Apostolos exi-
 mios Doctores et Martyres, qui etiā miraculis
 clari extiterunt. IA. Hoc telū et heretici in uos
 retorquere possunt, Si sancti patres uobis pro-
 bantur, ut quid nō omnia illorum scripta ac-
 cipitis? Scio Tertulliani, Cypriani, Origenis
 nō omnia probabitis. IO. Verum est, et huius
 rationē non ita multo post audies, Si dissenti-
 re, ut D. Erasmus ait, à receptis authoribus ali-
 cubi, contumelia est, quis unq̄ scripsit, qui nō
 alicubi dissentiat à ceteris. Et Bucerus alibi
 ait se nō uidisse unq̄ unum par hominū, quod
 per omnia eadem sentiret, etiā in Sacris. IA.
 Sic opinor, nec martyrium, tibi uel tuis pa-
 trocinabitur in hoc negotio. Et Dæmon mar-
 tyr est dū Christo occidit: Quid nobis rei te-
 cum est Iesu Nazarene? Venisti ante tempus
 perdere nos. Celebris itē Augu. sententia est,
 qua dicit: Pæna non facit martyrem, sed caus-
 sa. Habet siquidem et Satanus suos martyres.
 Adde his, q̄ hæretici ferè sua improbitate per-
 trahunt

DIALOGORVM

Lib 4
Epist. 2.

pertrahunt orthodoxos ad sui defensionē. Ceterū tu audi quid Cyprianus S. Martyr literis tradiderit. Si quis occisus, inquit, propter nomē Christi fuerit extra ecclesiā cōstitutus, et à charitate atq; ab unitate diuisus, coronari in morte nō poterit. Huc pertinet quod Tertullius de Praxea scribit dicēs: Praxeeas de iactatione martyrii inflat, ob solum et simplex et breue carceris tædium, quando, & si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem Dei non habens, cuius charissimata quoq; expugnauit. Haftenus ille. Nihil igitur martirium uobis patrociniabitur. Idem statui de miraculis: Apud Matheū legimus. Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, uirtutes multas fecimus &c. Et iterum. Surgent pseudoprophete et pseudo Christi, et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorē ducant, si fieri posset, etiā electi. Quid igitur euiceris, uides. Hoc nimirū est Herculi clauā è manibus eripere. IO. Vel Andabatarum more pugnare. Nostra fides non solū Martyrio, uel Miraculis nititur: sunt tamen et hæc fidei testimonia, quibus si cætera addideris, uidebis quid possint. Hoc certo constat, optimos illos fuisse uiros, et scientiæ nō pœnitende, qui nouerūt qd sectandū quid fugiendum. Et si quando, quod humanum est, falsam opinionē conceperunt quidā ex eis, ab alijs admoniti, non pertinaciter reluctati sūt. Hac ratione Diuus Augusti,
& Dic

& Diuus Hieronymus Cyprianū martyrem
 excusant et piē excusant. IA. Esto sanē piē excu-
 sauerint pñ pium (nam hac de re, cum hu-
 manum sit labi, & nihil in humanis sit ex om-
 ni parte beatum, non contenderim) tamen
 mirum est, quom uos tam miris modis osten-
 datis Ecclesiam, quare hoc ipsum non potius
 pñs operibus demonstratis? Qui enim tumultus
 tam apud uos, quā apud nos? Quæ ec-
 clēsiæ facies? IO. Fateor huiusmodi rerum tu-
 multus, ut Erasmi utar uerbis, quales hodie
 uidemus, immo perpetimur, nullus opinor ab
 Ecclesiæ crepundijs, ad hoc usque temporis,
 aut uidit, aut legit, aut audiuit. Et optandum
 quidem perpetuis uotis, ut nihil sit in Ecclesia
 Sponsa Christi, quod oculos sponsi offende-
 re possit, Sed hoc uotum non erit efficax, do-
 nec Deus finē imposuerit mundo. Interim ha-
 bebimus pisces bonos et malos, uirgines pru-
 dentes et fatuas, seruos frugi et pigros. Triticū
 deniq; et paleas. Hoc aut uelī nō excidat, quod
 supra ostēdim⁹, uitia qdē constituere peccato-
 rē, nō autē Hereticū. Et si Luthero credimus, Ad Harta
 hæc est uerbi diuini peculiaris indoles, et natu-
 ra, ut nō nisi à paucissimis suscipiatur deuotif. Cronberg
 plurimorū uero insectationi crudelissimē sem-
 per expositum sit. IA. Hem opportune. Si ui-
 tia non constituunt hæreticum (puta discipu-
 lorum impura uita, et poenitere nescia) ut quid
 ergo quidā ex uestris perpetuo nobis obijciūt
 B 4 & con-

Episto.
 lib. 19.

Ad Harta
 man. à
 Cronberg

DIALOGORVM

& concionatorum & subditorum penè Ethe-
 nicam conuersationem. IO. Non omnes hoc
 obijciunt (in hoc recte dicis) sed quidam,
 qui scilicet ipsi uidere nolunt, Mantice quid in
 tergo est. Vt tamen & hos quantumuis im-
 portunos excusem. Vobis non sufficit Chris-
 tianorum uetus appellatio, nisi Apostolici &
 Euangelici uocemini. Et non uult Lutherus
 quenquam de actionibus suis admodū anxii
 esse. Siquidem ad salutē et eternitatem prome-
 rendam, fidem & sanguinem Christi sufficere,
 Lasciuant igitur homines (hec ante nos Cę-
 lius Calcagninus cōquestus est) obsonēt, per-
 græcentur, in uenerem, in cædes, in rapinas, ut
 lubet, ferantur, Paratum tamen ihs cælū, para-
 ta immortalitas, si fides inconcussa maneat,
 & in sanguine Christi spes certa resistat. Por-
 rō uestra professio aliam conuersationē po-
 stulare uidetur. Sed nolo nodum, quod dicitur,
 in scirpo querere. I A. Neq; tamen equum
 fuerit in argumentum Hæresis arripere, quod
 nostri Euangelistæ parum fructus faciunt,
 suis quantumuis importunis uociferationibus.
 IOANNE S. Verè dicis, Agricola
 est qui seminare quidem potest, singulos
 tollere lapides, eradicare suapte sponte enas-
 scentes spinas non item. Paulus plantat,
 Apollo rigat, Dei solius est incrementum
 dare, Hæc igitur omnia hactenus enumerata,
 non arguunt uel Hereticum, uel Catholicum.

Vnde

Apud E-
 ras. lib. E-
 pisto. 19.

Vnde mirum est, tur uobis tam egregie placeatis? Sed uerum est, quod Apostolus dicit, Scientia, inquit, inflat: hæc ergo, & uobis impositum. Experiuntur enim aliquot uestrum, quantum ingenio polleant, quantum cognitione Linguarum multos Catholicos excelsat. Vt igitur & suam scientiam mundo uendiderent, uel noua quædam Dogmata commiscuntur, uel ueteres Hæreses exuscitant. IACOBO. Scilicet, hic latet anguis in herbis. Ergo, te iudice, donum illud scientiæ, intellectus, & linguarum, donum inquam, illud spiritus sancti facit Hæreticos? Sic profecto solet odium excæcare iudicia hominum, ut quod huic laudi, alij uituperio detur, O ignorantia & ignauia patronos. IOAN. Bona uerba quaeso. Non dixi, eruditionem uel linguarum cognitionem, hæreseos esse seminarium: Sed tum hæreses oriri, quum illis plus ficitur, & quum sibi quidam de illis plus æquo placent. Exemplo nobis sit doctiss. ille Adamantius Origenes, cuius familiam eruditionem dicebant. Hic porro, ut quidam admonuit, dum gratia Dei insolentius abutitur, dum ingenio suo nimium indulget, sibiq; nimium tribuit, cum paruipendit antiquam Christianæ religionis simplicitatem, dum se cæteris plus sapere præsumit, subito à ueteri religione, in nouam prophanitatem decidit, non citra maximam Christianæ Ecclesiæ iacturam. Sed hanc prophanitatem

V. Lyris
nen.

DIALOGORVM

uel etiam iacturam, non fecimus acceptam eru-
 ditioni (quandoquidem barbarus quispiam
 Hæreticus etiam pestilentiora possit) sed abusu
 sui. Si enim sola eruditio Hæreticum facit, cur
 non pari censura damnamus Hieronymum,
 Cyprianum, Augustinū, Chrylostomum, etc.
 Habet quidem Ecclesia Petrum piscatorem,
 sed non destituitur Paulo doctore & pharisæo
 & Legisperito. Nec quisquam negare potest,
 confirmato iā, ut Bullingeri uerbis utar, Euā-
 gelio in orbe, doctissimos quosq; accessisse ue-
 ritati Euāgelicę. Primū quidē pastores nunci-
 auit Christum esse natum. Deinde uero saluta-
 tum muneribus accedunt Magi, siue Orientis
 sophi. Eruditio igitur, & bona & mala est, ius-
 xta quod possessore inuenerit. Obserua nihilo-
 minus quod Diuus Hieronymus dicit.
 Nullū posse hæresim struere, nisi qui ardentis
 ingenij est, & habet dona nature quę à Deo ar-
 tifice sunt creata. IACO. Miror qua tandem
 ratione, quibus item argumentis mihi ostens-
 surus sis uerum & certum Scopum, quo discer-
 nere liceat Catholicum ab Hæretico. IOAN.
 An non hoc licebit à tuis Euangelistis petere
 quos innumeros habetis? IACO. A quibus?
 IOAN. Quibus tuto fidere possis. Habes
 Lutherum, Zuinglium, Carlostadium, Oecoe-
 lampium, Bucerum, Zellium, Scoplerium,
 Mochlerium, Eberlinum, Kutziū, Ylium,
 Zuickium, Blaureriū, Schnephium, Meyliffū,
 Brencium,

*In 1. Cor.
 cap. 1.*

In Oseam.

*Prodigio
 sa nomi-
 na.*

Brencium, Hetzerium, Oterium, Hassium,
 Hallerium, Kolbium, Schuartzmannum, &
 Knopperdellingium, & reliquam huius gene-
 ris fecem. Sunt & alia, doctorum tuorum no-
 mina, si modo nomina sunt, & non potius no-
 minum portenta, ipso penè timenda sono.
 IACO. Nescio quibus iam tuto fidere posim,
 sed heus tu, cur mihi recenseres Prodigiosa, ut
 tibi uidentur, nomina? Nunquid & hæc tibi
 testantur Hæreticum? IOAN. Non sic me
 existimes desipere, ut hoc putem. Sed suspen-
 sum est, quosdam uestrum sibi noua fingere,
 & nomina & cognomina, quibus uulgo in-
 notescant: immo, ut uerius loquar, quibus an-
 te actam uitã obliteret. Adde, quod quosdam
 uidemus ementitis Titulis & nominibus ue-
 nenum suum, libros dico suos, orbi obtude-
 re. Cui nō notissimum est quod Lutherus ali-
 bi dicit. Miseri homines inquit, non sunt cō-
 tenti suū uirus proprijs & tam infinitis libris
 sparsisse, nisi & alienos libros, eo ueneno illico
 perdāt. Hactenus ille. Si negotiū Dei agūt, ut
 Pomerani utar uerbis, quid opus est, istis emē-
 dicatis et emētitis suffragijs? Iā uidemꝰ opera
 Aretij Felini, Iusti Iong, Charieji Cogelij, Arici
 cōfessoris waremūdy, Lasdemūdi, Lautholdij
 traceo myriades pasquillorū etc. O rēpora. De-
 cipies alios uerbis (ut ille ait) uultuq; benigno.
 Nā mihi iā notus dissimulator eris. Sed ad rē
 simpliciē, rarū, ul' peregrinū uel ascititiū nomē,
 uel cogno-

*Ad Casca-
 lium.*

*In Episto-
 la de Coe-
 na Do.*

DIALOGORVM

Lactan.
li. 5. ca. 1.

*Anteaecta
uita.*

uel cognomen nemini præiudicare debet: potest tamen contingere casus, ut paucis attigimus, qui id nominis porro denigret. Aemuli olim Cyprianum Caprianum. Christianos Chrestianos uel Gallileos nominabant, nullo tamen horum apud pios præiudicio. IACO. Quisquis impiam fraudem proximo fecerit, illi ego nolim excusare. Sed nunquid anteaecta uita testari potest quempiam, esse Hereticum? IOAN. Amens sit oportet, qui hoc affirmare ausit. Quis enim poenitentiae presentissimum pharmacum alicui denegabit? Potens est Deus eum, qui ceciderat, rursus erigere. Psalmi, quos Dauid à perpetrato adulterio cõposuit, non sunt adstrictioris authoritatis, quã quos ante composuerat, plectrisq; consonantibus suauiter cecinerat. Piscatura Petri, non præiudicat Apostolatui. Ex persecutore uas electionis, & doctor gentium efficitur Saulus. Ex fusore Onesymo, indefessus apostoli prodit famulus. D. Augustinus non audit sibi improperari stultam Manicheorum hæresim. Nec obscurum est, quis uel Cyprianus, uel Chrysostomus, uel Ambrosius fuerit. Hinc constat anteaectam uitam, infirmum, ne dicam nullum esse hæreseos argumentum: modo is, qui male uisxerat, sit iuxta Euangeliũ, lumbis præcinctis, & habeat lucernã ardentem in manibus suis, hoc est, declinet à malo, et faciat bonum. Verum si male inceptum peior subsequitur finis, quã

qua ratione poterit excusari? Obijciunt quidam, immo malitiæ suæ prætexunt Saulum Ecclesiæ persecutorem, sed nolunt animum aduertere ad Paulum Ecclesiæ propugnatorē, Hoc opus, hic labor est, ut quis hunc nodum explicet. Et si maxime accesserit Dauidus uel Oedipus, qui hoc piaculi palliare possit, tamē non uideo quomodo excusari possit, perpetuum illud nouandi studium, & quod ueteribus per contemptum reiectis, non parum peiora reponitis. IACO. Proh Deum atq; hominum fidem: tu hic multa congeris. Iam paulo ante auditum est, & hactenus inter nos conuenit, quod impura hominis conuersatio, peccatorem quidem, non autem hereticum arguat. Porro quandoquidem mihi perpetuum Euangelistarum nostrorum nouandi studium obijcis, te queso, dicas, num Catholica fides, tamē necessariū exigat et requirat, ut omnibus in regionibus, similes sint ritus, similes ceremoniæ? IOAN. Quis rationis compos hoc dixerit? Non accusamini à Catholicis, quod diuersos à nobis ritus habetis, sed quod bonis aut saltem tolerabilibus reiectis, pessima in illorum locum surrogatis. Nemo siquidem nescit, unicuique regioni suum esse morem, qui pro lege est habendus. Et sicut non omnia omnibus licent, ita non omnia omnibus expediunt, non omnia omnibus conueniunt. Itali, Hispani, Burgundiones, Allobroges, nō utuntur n̄sdē Cæremoniis.

*Nouandi
studium.*

Ceremoniis.

DIALOGORVM

In 1. Cor.
2.

Cōciones
mordaces

Cæremonijs, quibus nos utimur, & nemo est qui illos eam ob rem derestetur. Sed hinc ille lachrimæ, quia non aliter omnia innouatis, ac si non sint Christiani, qui sese ad uestros mores non accommodant, Impera, si uelis Actio pi, ut pellè mutet, aut Harpyie ne ex rapto ueruat. Sed cur ego incassum uerba fundo? Nihil adeo animos hominū perturbat, ut ait Chrysofost. etiam si de utilitate agatur, quam innouare aliquid, & à consuetudine alienum facere: et maximè cū de cultu & gloria Dei agitur. Innumera hic occurrunt, quæ tibi obijcere posses. Haftenus non traduxi, quod trabis in oculis uestris oblitæ, omnes citra discrimen fabulam uulgo facitis, hoc medio, si Dijs placeat, sanctimoniam speciem uobis aucupantes.

IACO. Qui ueterum sanctionibus amoris, nouas ordinatiōes, & nouos ritus instituunt, hi serio pollicentur se omnia (etiam meliora) optimis commutare, ut ibi non queas obijcere Glauci ac Diomedis permutationem. Sed oh scelus, ad Inferos usq; deportandum. Euāgelistæ nostri uestrorū traducunt scelera. Cur non illud Prophetæ occinatis. Loquimini uobis placetia: Muneris Apostolici est, arguere, increpare, & obsecrare, citra omnem prosolepsiā.

IOAN. Et hoc fatemur. Nec uitio uobis uertitur, quod scelera nostrorum traducitis, sed quod intempestiuè traducitis, & ad uestrorum scelera prorsus coniuertis. Quod de immu

de immutatis Cæremonijs dicitis, respondeo;
 quod Lutherus in Galatis suis dicit. Hac, inquit,
 uia præcipue irrepunt & insinuant se mi-
 nistri Satanæ in animos hominū, quod scilicet
 pollicentur se allaturos meliora. Sed uis ne au-
 ditre unico quasi uerbulo, quid nam uestrorū
 dogmata male audire faciat. I A C O. Hoc si
 dixeris, ex animo loquor, facies mihi rem etiā
 gratissima gratiorē. I O A N. Dogmata uestra
 noua sunt, ideoq; si nō heretica, certē suspecta.
 An non merito uobis occinimus illud A-
 postoli? An à uobis uerbum Dei processit?
 An in uos solos peruenit? Profecto,
 aduersus Hæreses omnes iam præiudicatum
 est, ut Tertullianus ait: id esse uerum quod-
 cunq; primum: id esse adulterum, quodcunq;
 posterius. I A C O B. Serio an ioco loqueris?
 I O A N. Etiam. I A C O B. Frustra ludis in re
 seria: Si nihil aliud Doctrinam nostram sus-
 spectam reddit, iam uicimus, Dic, amabo dic.
 Quid unquam antiquum factum est, quod
 non prius fuerit nouum? Ad metam uix un-
 quam perueneris, nisi à carceribus. I O A N.
 Hæreses, Tertulliano teste, non tam nouitas,
 quam ueritas reuincit? Apud Gentiles quoq;
 ut idem ait, Religionis instar est, fidem de tem-
 poribus asserere, Sed tu, rogo, iam mihi dicas,
 an eadē liceant præscripta lege, quæ ante huius
 promulgationem fuerant libera. I A C O B.
 Alia hæc est ratio, post legis promulgationem,
 quam

*Nouitas
 dogmatū.
 Aduer.
 Praxea.*

*De uelam
 dis Vir. et
 Apolog.
 cap. 19.*

DIALOGORVM

quam quæ ante. IOAN. Nos ergo, ut com-
 pendio dicam, sic sentimus. Ecclesiæ Catholi-
 cæ fides ideo antiquitate decoratur, quod ab
 Apostolis inceptis, & sic ad nos usq; peruene-
 rit. Quicquid ergo ab Apostolis & horum
 successoribus non accepimus, hoc ipsum no-
 uum appellamus. IACO. Ergo quod ab As-
 postolorum successoribus accepistis, antiquum
 est, & te iudice Catholicum: IOAN. Non res-
 pugnauerim. IACO. Iuxta hanc igitur regu-
 lam, omnia Ebionis, Appellis, & Martionis
 & Nouatij dogmata, non minus stulta quam
 Hæretica acceptatis. IOAN. Erras, frater, si
 hunc in modum dialecticaris. Ebionem, Ap-
 pellem, Nouatium (quem Cyprianus nouari-
 rerum semper cupidum scribit) & reliquam se-
 cem Hæreticorum, non agnoscimus successo-
 res Apostolorum, sed successores Satanæ. Hinc
 Ioannes dicit, Prodierunt quidem ex nobis,
 sed non erant ex nobis. Sed quid multis? Ipsi
 quos tu enumeras non agnoscunt Apostolos
 prædecessores, hoc est patres, & magistros suos.
 Quomodo igitur nos illos Apostolorum
 successores et discipulos agnoscemus? IACO.
 Esto, neque enim hac de re multum digladi-
 bor, ipse ego noui quales sint, quos enumeras-
 ui: Sed nunquid Cyprianum, Hilarium, Irea-
 næum, &c. agnoscis Apostolorum successo-
 res & discipulos fuisse? IOAN. Agnosco, &
 horum autoritas apud me sacrosancta est.
 IOAN:

Antiqui-
 tas dog-
 matū.

Lib. 2.
 Episto. 8.

IACO. Sequitur igitur, ut omnia & singula illorum scripta uobis sacrosancta habeantur, cui supra à te tergiuersatum est.

IOAN. Oportune tu quidem hæc obijcis: Nihil enim æque necessarium, atque scire, qua ratione quædam Cypriani, uel Origenis, & similium admittimus, & quædam reijcimus.

IACO. Expone igitur tuam sententiam, quod & supra te facturum receperas.

IOAN. Ecclesiæ Catholicæ sacrosancta authoritas, non solum antiquitate nititur, sed etiam consensu. Vbi enim non est consensus, ibi Hæresis uel Schisma sit, necesse est. Illorum igitur patrum sententiæ cum dogmata probare uolumus, tantum conferendæ sunt (ut V. Lyrinensis piè admonuit) qui in fide & communionem catholicam, sancte, sapienter, constanter, uiuentes, docentes, et permanentes, uel mori pro Christo fideliter, uel occidi pro Christo foeliciter meruerunt. Quibus tamen hac lege credendum est, ut quicquid uel omnes uel plures, uno, eodemque sensu, manifeste, frequenter, perseveranter, uelut quodam consentiente sibi Magistrorum Cõcilio, accipiendo, tenendo, tradendo firmauerint, id pro indubitato, certò ratioq; habeatur. Quicquid uero quamuis sanctus, et Doctus, quamuis Episcopus, quamuis confessor, & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias & occultas, & priuatas opiniuncu-

Consensus dogmatum.

DIALOGORVM

Lib. 1. Epist. 6. las, & communi, & publicæ, & generalis sententia authoritate secretum sit, atq; Christi fidelibus suspectum: Hoc sic intelligas. D. Cyprianus Apostolorum successor, Sanctus confessor, strenuus Christi Martyr, persuasum habebat, ac alios etiam docere conatus est, eos qui ab Hæreticis Baptizati sunt, repabtizandos esse: Hæreticos enim Baptismo carere. Hanc opinionem, neq; sua sanctitate, neque miraculis, neq; martyrio, neque tandem aliquot Episcoporum suffragijs retinere potuit. Sed hanc doctrinam reiecit ecclesia, docuitq; iuxta Paulū, non esse nisi unum Baptisma, cuius cuius homo possit esse minister, quamuis impius & malus, modo iuxta Ecclesie mentem, ut Eras. ait, tingat per inuocationem sanctæ Trinitatis. Adde q; Cypria. alioqui uir nō satis laudatus, Primus inuentor sue opinionis fuit, neq; ipsam defendere antiquitate potest. Immo & Cyprianus ipse in alio negotio, hanc regulam obseruandam docet, scilicet, neminē

In Catechis. 5. debere moueri uel alicuius ætate, uel auctoritate. Porro Augustinus ille Afer non uideretur mihi improbe scripsisse. Quia nec Catholicis episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, ut contra canonicas Dei Scripturas aliquid sentiant: Sed si custodito unitatis et charitatis uniculo, in hoc incidūt, fiet in eis quod Apostolus ait: Et si quid aliter sapitis, hoc quodque Deus uobis reuelauit. Vt et Bullingerus hoc

Lib. 1. Epist. 8.
Contra Epistolam Parmeniani cap. 10.

hoc argumento ad subuertendum Missæ Sa- De. ori-
 crum. De Basilio, inquiring, nunc aliud non di- gne erro-
 cam, quam quod priuatus non potuerit no- ris Missæ
 um populo obtrudere ritum. IA. Mirū est, Cap. 3.
 consensum tantum ualere in negotio religio-
 nis, ut solus rem, uel probare, uel reprobare
 uideatur: Mirum item est, quod rem sic absol-
 uis, quasi oporteat deum simul et semel omnia
 omnibus manifestare: Quid igitur sibi uolūt
 diuisiones donorum & gratiarū, quas dispen-
 sat Spiritus sanctus, prout uult: IO. Audi pa-
 tienter, & desines mirari. Non sic loquimur,
 quasi oporteat Deum omnia, eodem momen-
 to, omnibus manifestare, quasi piaculum sit
 peculiarem spiritus Sancti manifestationem
 proderet. Facile admiserimus, ut quisq; in sen-
 su suo, iuxta Apostolum, abundet, sed nō pa-
 tiemur, ut quis opiniones suas, ceu oracula
 orbi obtrudat. Quisquis autem hoc face- Lib. 1. Ca-
 re attentauerit, hunc necesse est primum pisto. 8.
 omnium Ecclesiæ subire Censuram. Sic,
 D. Cyprianus existimat circa lapsorum cau-
 sam nihil innouari debere, nisi omnes in
 unum conueniant Episcopi, & collatis Con-
 silijs cum disciplina pariter & misericordia,
 temperatam sententiam figerent. Proponat
 ergo is cui aliquid reuelatum fuerit, et permit-
 tat Ecclesiam iudicare, penes quam est Scri-
 pturas interpretandi potestas. I A C O B.
 Hunc canonem quidem magnificè ostentas,
 C a sed

DIALOGORVM

Bullinge. sed quam uere, tu uideris, Paulus certe in ea quæ prior est ad Corinthios Epistola, sic ait: Sermo meus & prædicatio mea non fuit in persuasibilibus, humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostensione Spiritus, ac potentia, ut fides uestra, non sit in sapientia hominum, sed in potentia dei. Hic locus, siquidem Bullingero credimus, uehementer impugnat eos, qui religionem Christianam imponunt Conciliorum & patrum decretis. Nam fides uera nititur sacræ scripturæ, non hominum inuentis, ne sapientibus quidem, tantum abest, ut pro fidei regulis habendæ sint traditiones, quæ neq; de diuinis, neque humanis recte iudicant. Disci-

Bullinge. mus ex priore Cap. ad Gal. ut idem Bullingerus admonuit, pluris faciendam ueritatem simplicem, & puram, quam eruditionem, miracula, splendorem angelicum, & Sanctimoniam, autoritatemue Sanctiss. hominum. Quæ res si diligentius fuisset obseruata seculis superioribus, non tam longe aberrassemus à simplici & plana fide Christi. IO ANNE S. Quod nos hæcenus tam multis demonstrauius, huius quam diligentissime admonitos nos esse uoluerunt Apostoli, qui & si Bases (ut D. Tregarius olim pie admonuit) fuerint Ecclesiæ, nihil tamen unquam uel ipsi in rebus arduis, aut nouis, non consulta Ecclesia, & prius

Tregarius.

iusio

Iusto habito Concilio diffinierunt. Ita D. Petrus illico post ascensionem domini, Mattheæ Apostoli electionem ad Ecclesiam rettulit, & simili modo cum murmur Græcorum aduersus Hæbræos ortum esset, habito Ecclesiæ Concilio, septem qui mensis ministrarent, electi sunt. Hinc Diuus Petrus, quod Cæsareæ ad homines habentes præputium introisset, Regnumq; Dei iuxta Spiritus reuelationem eis prædicasset, sui facti coactus est reddere rationem. Quid? Etsi Paulus uas illud electionis ausus sit dicere: Si angelus de cælo aliud Euangelium prædicauerit, præter id quod à nobis prædicatum est, anathema sit, nihilominus tamen ascendit Hierosolymam, & confert cum cæteris Apostolis Euangelium, ne septendecim annis in uacuum, ut ipse ait, cucurrisset. Sed satis superque est exemplorum, si rem propius introspexeris. Audis Petrum quædam ex reuelatione peculiari quodammodo sibi diuinitus facta, fecisse, sed huius rei rationem cæteris ut daret, quasi coactum. Nec te moueat quod Zuinglius scripsit. Quicumq; Euangelium nihil esse dicunt, nisi Ecclesiæ calculus accesserit, errant, & deum blasphemant. Nisi enim me fallunt omnia, Zuinglius semetipsum non intellexit. I A. Vicisti: & iam lubens fatebor tecum Ecclesiæ Catholice consensum, adiuncta antiquitate, ueram esse & indubitatam regulam, qua probamus

Articu. 2.

DIALOGORVM

Ad Epi- Doctrinam, Catholica ne sit, an schismatica.
Scopum Sed si nostra dogmata ad hanc regulam con-
Abrincē. tuleris, & ipsa Catholica esse probabūtur. Has
Luthera- bemus & nos ueteres nostræ doctrinæ defen-
ni ueteres sores. Hinc & Bucerus fatetur se libenter ad-
patres de mittere, quæ religionis nostræ dogmata nobis
gnoscent. à Nicena Synodo, alijsq; sacrosanctis Syno-
 dis illis uetustis tradita sunt. Itē quæ leguntur
 apud Tertullianū, Cyprianum, Ambrosium,
 Hieronymū, Augustinū, Chrysostomū, Cy-
 rillum, Nazianzenum, & quicquid est maio-
 rum Patrum. I O. Plausibile quidem est hoc
 ipsum polliceri, sed probare uix possibile I A.
 Si legeris libros quos Symmyste nostri in uul-
 gus ædiderunt, inuenies me tibi non dare uer-
 ba. Lege obsecro quæ in negotio cænæ do-
 minicæ, & contra Anabaptistas scripserūt, &
 non semel inuenies testimonia Patrum Tertul-
 liani, Cypriani, & Origenis, &c. I O. Papæ.
 Ergo iam non sunt amplius homines, nec do-
 ctorum sententiæ commenta hominū uocāt,
 quum non à sua parte stare uidentur. Sed in
 priori conflictu, quando dogmata uestra, tan-
 tum non primas herbas promittebant, nō ad-
 mittebantur prisci Patres, sed homines, Sophi-
 stæ, Somniatores, Ranæ, impostores uocabā-
 tur, illisq; bonis uiris depulsis, Lutherus se unū
 uerum interpretē Euangelij ostentabat sibiq;
 uni haberi fidem uolebat, ceu uero eius Lam-
 pas, ut Calcagninus ait, illorum omnium lu-
 mina

mina præstringat. Nec obscurum est, quam honorificè de patrum autoritate Zuinglius scripserit Articulo Quinto. Adde his etiam, quod in Disputatione Bernensi, Bucerus confidenter fatebatur se nolle Cōciliarum & Patrum autoritates admittere. Nolo hic producere libellum illum P. Melanctonis, in quo facis declarat, quatenus ipsi Patrum scripta amplecti uelint. Sed ut condonemus uestris hanc iniuriam, penitus introspectiendū est, uestri nē eadem dexteritate tractent Doctores, qua Euangelistas et Apostolos tractarunt hæc ætenuſ IA. Non facile crediderim nostros Euangelistas unquam priscis patribus iniurias fecisse, nedum Libris sacris. Quis enim tā perstrictæ frontis esse uelit, ut hoc agens deprehendi non erubescat? IO. Non opus est hic multis argumentis, remitto te ad Oecolampadium de uerbis cœnæ: Ad Bullingerum, de Erroribus missæ, certe Oecolampadius ex *In Rom. Cap. 1.* Chrysoſtomo conatur facere Sacramentarium, sicut & ex alijs Patribus. Bullingerus in *In 1. Cor. 11.* commentarijs suis Achanasium fingit Iconomachum. Trahitur & Bertramus obtorto collo in Sacramentariorū sententiam. Quod si Sebastianum Franck agnoscitis, eius Encomium apud Bucerum inuenies. Sed quis omnia adduxerit? IACOBVS. Suffecerit hæc adduxisse: neq; enim hæc tam pauca, si uerum dicis, possūt excusari: transeant ergo

DIALOGORVM

IOAN. Cum cæteris erroneis (erroribus dicere uolebam) IACO. Hoc ego nusquam dixerim. In allegandis Doctoribus quid possint, nihil diffiniam, quandoquidem horum Lucubrationes non poterim omnes legere. Tam multas siquidem emittunt, ut non possim subodorare, quo Consilio fiat. Tam sunt uerboosi, Lutherofe, ut libros etiam pluere possint. IOAN. Ego unico uerbo causam demonstrabo, Hydra illa Lutherana multiceps est, & cui subinde noua cornua succrescunt. IACO. BVS. Quæ cornua nobis narras: IOAN. Lutherus hydra illa est, ex qua pullularunt Carolstadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, Sacramentarij, Schuermerij, Iconomachi, Muntzeriani, Adiungerem Sacrilegos, sed in hos non sæuitur, nisi fuerint miseri Rusticolæ. Cum talibus ergo monstris illis res est.

Ad Ioan.
N. Typographi.

Lutherana secundas.

Exemploq; pari furit omnis turba, suoq;

Marte cadunt subiti per mutua uulnera fratres.

IACO.

IACOB. Quid interim Cadmus? IOAN.
 Territus hoste nouo, arma parat: timet
 enim, ne ex hoc ancipiti prælio Syncretis-
 mus fiat, imo, ut uerius loquar, iam Pilatus et
 Herodes amici facti sunt, & collegerunt Ponti-
 fices & Pharisei concilium, quomodo Iesum
 dolo perdant. Nonne Oecolampadius apud
 Sychimum ædidit libellum, ut Erasmus alibi *Lib. Epie*
 scribit, in quo dicit, non esse periculum, si quis *sto. 19.*
 missam appellet Sacrificium. Id sic execratur
 Lutherus, ut malit decies mori, quam hoc ses-
 mel fateri. Quo tumultu Zuinglius exegit
 Diuorum imagines? Aduersus hunc libellum
 satis etiam acrem scripsit Lutherus. Iam item *In cap.*
 per quinquenium pugnatum est inter Luth- *Math. 5.*
 rum & Sacramentarios de Eucharistiæ nego-
 tio. Adde quod quæ Lutherus de discrimine
 Legis & Euangelij scribit, neque Bucero, neque
 Oecolampadio probantur. Quæ Bucerus de
 Baptismo docet, impugnat Melanchtho. Me-
 lanchthon ite Zuinglium de errore originalis
 peccati accusat, sed hunc in Romanis excusat
 Bucerus: Porro in hoc unico consentiunt, quod
 Ecclesiam persequuntur. Sed tempus & locus
 nos aliò uocat, iam uela colligenda sunt. IA-
 CO. Heu dolor, quam uellem longius tecum
 hac de re confabulari. IOAN. Quid tum? Ti-
 meo ne surdo canā, uel illo admonitus, quod
 Luciferianus apud Hieronymum dicit in hæc
 uerba. Vnum tamen tibi confiteor, quia mor-

DIALOGORVM

*Quirino
fratri.*

*V. Lyrin.
uen.*

*Catholi-
cū quod.*

res meorum apprime noui, facilius eos uincere posse, quam persuaderi. IACOB. Non est ut uereare te frustra hactenus uerba secisse, utinā mihi sic semper disputare contingat (placent & mihi Luciferiani uerba) ut ad meliora proficiens, deserā quod male tenebam. Non enim uincimur Cypriano teste, quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur, maxime in his quæ ad Ecclesiæ unitatem pertinent, ac spei atq; fidei unitatem. Dic ergo mihi compedio, quisnam uerus & Germanus Christianus sit. IOAN. Ex superioribus enumeratis certum est, eum esse uerum & germanum Christianū, qui ueritatem Dei, qui Ecclesiam, qui Christi corpus diligit, qui Christianæ Religioni, qui Catholicæ fidei nihil præponit, non hominis cuiuspiam authoritatem, non amorem, non ingenium, non eloquentiam, nō philosophiā, sed hæc cuncta despiciens, & in fide firmus, stabilisq; permanens, quicquid uniuersaliter (hec ex Vincentio Lyrinen.) antiquitus Ecclesiā Catholicam tenuisse agnouerit, id solum sibi tenendum, credendumq; decernit. Quicquid uero deinceps ab alio uno præter omnes, uel contra omnes sanctos, nouum & inauditum introduci senserit, id nō ad religionem, sed ad tentationem potius pertinere intelligat. Ad duximus enim, nisi fallor, omnia (ut ita loquar) neutra & adiaphora, quæ per se neq; Catholicum, neq; Hæreticum faciunt, ut puta authoritatem,

titatem, sanctitatem, miracula, martyrium,
 scripturarum allegationem, eruditionem, lin-
 guarum cognitionem, uitæ impuritatem, uel
 puritatem, sermonem mordacem, antea factam
 uitam, prodigiosa nomina, & si qua cætera id
 genus enumerauimus. In ipsa igitur Catholi-
 ca Ecclesia, magnopere curandum est, ut id
 teneamus, quod ubiq; quod semper, quod ab
 omnibus creditum est, hoc est enim uere, pro-
 prièq; Catholicum esse, quod ipsa uis nomi-
 nis, ratioq; declarat, quæ omnia uere uni-
 uersaliter comprehendit. Sed hoc ita demum
 fit, si sequamur uniuersitatem, antiquitatem, et
 consensum. Sequemur autem uniuersitatem
 hoc modo, si hanc unam fidem ueram esse fa-
 temur, quam tota per orbem terrarum Eccle-
 sia confitetur. Nulla enim unquam, hæresis,
 ut Augustinus ait, tam late patuit, quam Ca-
 tholica doctrina: Antiquitatem uero ita se-
 quemur, si ab his sensibus nullatenus receda-
 mus, quos sanctos maiores nostros & patres
 celebrasse manifestum est. Consensionem
 postremo, si in ipsa uetustate omnium uel
 penè sacerdotum omnium pariter & ma-
 gistrorum definitiones sententiasq; secte-
 mur. Consensus enim, etiam Bucero con-
 sentiente, multo maior est, quam uulgo ad Roma
 hodie uideatur. Nec te moueat quod Hæ-
 retici multa cum Ecclesia communia habent,
 cum

Contra
 Epist. pen-
 tiliiani. ca.
 6.

In presb.
 ad Roma
 nos.

DIALOGORVM

cum in uero fundamento dissideant. *Ambrosium* itaq; audi: Hæretici, quibus nobiscū
De fide Ortho- multa paria sunt, facile possunt innoxias mē-
dox. 1. tes, & soli Deo deditas, fraudulenta societate,
 percutere, dum malorum suorum uirus, per
In Amos bona opera defendunt. Et iuxta D. Hierony-
cap. 4. mum, Hæretici semper tumentes superbia, &
 incidētes in iudicium diaboli, magna sibi pro-
 mittunt, & bonorum fingunt imagines, ut
 melli uenena cōmiscant, etiam uineas & oli-
 ueta se habere iactant, sed uinea eorum, uinea
 Sodomorum est. Nihil igitur tam pium, ut
 idem ait, nihil tam conueniens Dei seruo, quā
 unitatem sequi, & à totius mundi opinione
De Incar- non scindi. Caueamus itaq; ut Ambrosij uer-
na. cap. 2. bis utar, ne quis nos à cubiculo Regis æterni,
 & à secreto matris Ecclesiæ separare conetur.
 Quid obsecro, proderit cum uirginibus factis
 ferre lampades, exire obuiam sponso, dormi-
 tare item atq; expergisci cum prudentibus uir-
 ginibus, ornare lampades, nisi ad manum fue-
 rit oleum? Sed mi frater, iam me hic quem
 uides, aliò uocat, tu interim bene ualebis, Ec-
 clesiæ Catholicæ fidelis alumnus. I A C O B.
 Gratias habeo tibi qui errantem reuocaris,
 sed malim id negotij latius & fusius tractas-
 ri, ne deinceps rursus me in nassam suam sedu-
 cant Euangelistæ mei. Sæpe certe audiui in
 horum contionibus, suam doctrinam, non
 esse hesternam, sed antiquam: non priuatam
 sed

sed omnibus Christianis communem, sum-
moq; consensu hoc ipsum urgent. IOAN.
Charitas iubet ut proximo inseruiam, erran-
tem & seductum reducam, linum fumigans
non extinguam: ad crastinum igitur ma-
ne fac adsis, & de his quæ obijcis,
collationem, ut spero, non in
utilem faciemus. IACO.

Fiat. Dominus
tecum.

Finis libri primi Dialogorum.

F. IOANNIS
HOFFMEISTERI DIA

logorum Liber II. in quo Ca-
tholica doctrina Lutherano-
rum uerbis roboratur.



IACOBVS. EN AD-
sum, optime frater, ut iusse-
ras: tu igitur uide, quæ pol-
licitus fueras, fideliter præ-
stes. IOAN. Quod receperam
me facturum, cum fe-
nore faciam, modo tu de-
sideres, ac te facilem, & docile exhibeas. IACOB.
Ostendisti hesternæ die in suauis nostro
colloquio, qua nota, non tam Ecclesiæ dogmata
à Schismaticis opinionibus, quam Ecclesia
ipsa ab Hereticorum conciliabulis dignosci
queat, uelim iam abs te scire, num plures sint
Ecclesiæ: audio enim & nostros Euangelistas
Ecclesiæ titulo superbire. IOAN. Sicut unus
dominus est, iuxta Apostolum, una fides, unum
item Baptisma, ita & una est Ecclesia, non plu-
res. Quam Ecclesiam etiam in Canticis spiritus
sanctus ex persona Domini designat dicens:
una est columba mea, perfecta mea, una est ma-
tri sue, electa genitrici sue Ecclesia, ut Cyprianus

nus testatur, una est, quæ in multitudinem la-
 tius incremento fecunditatis extēditur, quo- *De Simplicitate*
 modo solis multi radij, sed lumen unum, & ra- *Clericorū*
 mi arboris multi, sed robur unum, tenaci ra-
 dice fundatum. Auelle iam radium solis à cor-
 pore, diuisionem lucis unitas nō capit. Ab ar-
 bore frange ramum, fructus germinare non
 poterit. Sic & Ecclesia domini luce perfusa,
 per totum orbē radios suos porrigit. Vnū ta-
 men lumen est, quod ubiq; diffunditur, nec u-
 nitas corporis separatur. Adulterari nō potest
 Ecclesia sponsa Christi, incorrupta est, et pudis-
 ca, unam domum nouit, unius cubiculi sancti-
 tatē casto pudore custodit. Hæc nos Deo ser-
 uat, hæc filios regno quos regenerauit, affig-
 nat. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ
 iungitur, à promissis Ecclesiæ separatur. Nec
 pertinet ad Christi præmia, qui relinquit Eccle-
 siā Christi. Alienus est, prophanus est, hostis
 est. Habere iā non potest Deū patrē, qui Eccle-
 siā non habet matrē. Si potuit euadere qui ex-
 tra Arcā Noë fuit, et qui extra Ecclesiā fuerit,
 euadet. Iubetur Raab, secum seruare parentes,
 & totā domū patris sui in domo, et dicitur pię
 mulieri. Omnis qui exierit ostium domus, re-
 us erit. Sed hæc oīa in laudē Ecclesię adducere,
 quæ. S. ille martyr habet, nō est huius uel tēpo-
 ris uel instituti. IAC. Nihil igitur illis credēdū
 Euāgelistis, qui et ipsi iactāt Ecclesiā. IOAN.
 Nihil prorsus, quemadmodum & hesternō
 colloquio ostendimus, IACOB. Sint sane

DIALOGORVM

omnia uera, quæ hæctenus enumerasti, iam uelim dicas, & uerè & ex animo dicas. Vbi nam locorum hanc ipsam, quam mihi depinges, Ecclesiam inuenire possim? Quæ scilicet antiquitate, uniuersitate, et consensu sese ut uerè Christi sponsam & uenditare & probare possit, Et ut accipias quid uelim, Dic aperte, utra pars Ecclesiã habeat. Lutherani ne (placet enim uulgatis appellationibus uti) an Papiæ & IOAN. Placet. Donatus olim, ut Bullingerus ait, Ecclesiam sibi propriam constituit, Nouatus propriam, uterq; in Africa, neuter tamen à deo, neq; uocatus, neq; missus, neq; ecclesiæ eorum, Ecclesiæ erant, sed conuenticula Hæreticorum. Et quemadmodum Tertullianus alibi scribit. Habent hæretici Ecclesias, sed suas, tam posteras quàm adulteras, quarum si censum requiras, facilius Apostaticum inuenias, quàm Apostolicum. Verum quid multis ambagibus opus? Hæc est sacrosancta illa Christi sponsa, utruq; nostrum Christo genuit, quàm summus Pötifex Petri successor pascenda à Christo, et sibi comendata accepit. Contra quàm Satanas, Draco ille furens, Hæreticos sua cornua uibrat, cuius Ecclesiæ fides & religio antiquissima est, quam Christiani uniuersi, aut saltem Christianorum optimi, unanimi consensu crediderunt, docuerunt, atq; defenderunt. Hæc notam, dispereã, si nõ habet Ecclesia nostra quàm uestri Euangelistæ execratur. IACO. Quid

Tract. 5
in Anas
bas.

Auersus
Martio.
lib. 4.

Quid audio? Meos Euangelistas si non inter *Heretici.*
 membra Ecclesiae numeras, inter Haereticos
 numeratos intelligo. I O A N. Maxime in-
 ter Haereticos numero, quotquot ueterum
 Haereticorum dogmata uel exulcitant, uel no-
 uas haereses gignunt, Sed tam multiphariam
 Serpens antiquus Sacrosanctam Christi spon-
 sam oppugnavit, ut quasi miraculum uideri
 possit, nouas & inauditas Haereses proferre
 hoc seculo. Breuiter, Quisquis ille est sicut *Lib. 4.*
 Cyprianus testatur, & qualiscunq; est, Chri- *Epi. 2.*
 stianus non est, qui in Christi Ecclesia non est. *Tracta. 6*
 Et Bullingerus haereticum nominat, qui Ec- *in Anaba.*
 clesiam scindit, qui falsa & erronea doctrina *Tracta. 7*
 pertinaciter pergit unitatem Ecclesiae infrin- *in Anaba.*
 gere & turbare. I A C O. Nunquam possum
 inficiari, quin pro Haeretico habendus sit,
 quisquis inueteratas Haereses proferre uel de-
 fendere conatus fuerit. Nec potest is uerum
 dicere, (placent & mihi Bullingeri uerba)
 nec iustus esse, qui cum manifestis haereticis
 uita, moribus, conuersatione, et doctrina con-
 sentit. Nec possunt mihi probari hi, quos pi-
 quique semper sunt auersati. Sed quomodo hu-
 ius rei nostros Euangelistas, non dico accu-
 sare (hoc cuius facile fuerit) sed conuincere
 possis, non uideo. Quod si feceris, quod mihi
 persuasum non est, post hac illis non patrocina-
 bor, sed scio non facies. I O. Non? pro-
 secto nolo tibi uerba dare. I A C O. Qui pos-
 ses

DIALOGORVM

ses uel probabilius argumentis ostendere?
Bucerus. Lege obsecro Bucerum ad Episcopū Abrin-
 centem. **I O A N.** Quid ait? **I A C O.** Nos
 sane, inquit, à uobis, nec ab alijs orthodoxis
 ulla ex parte recessimus, in ijs quę Christi sunt
 id quod ueri Christianissimi hostes falsissime,
 criminantur, uicia modo & labeles, quę per il-
 los Ecclesijs, et toti sacrorum mysteriorum ad-
 ministratiōni oblata, nemo bonus non deplor-
 rat: nihil prorsus, quod recte & ordine in Ec-
 clesia constitutum est, delinere studemus. Has
 ctenus ille, quem hoc loci improbare nō pos-
 sis. **I O.** Quis mirabitur in Fele astutias & rez-
 chnas: uel in columbis simplicitatem? An ne
 tibi persuasum est, Bucerum hæc uerè dicere?
I A. Persuasum? Imo persuasiss. Et ibidem cō-
 queritur se cum suis Lutheranis (aut potius
 Zuinglianis, quorum somnia tum, quando ad
 illum Episcopum scribebat, tutabatur strenuè
 non reos, ut de quorum negotio hæctenus dis-
 ceptatur, & condemnatos potius quam accu-
 satos. **I O.** Nō ueriora sunt quę adduxisti, atq;
 quod pbat Lutheranos et Zuinglianos in ne-
 gotio Eucharistię idē sentire. **I A.** Noui quod
 hoc ipsum conatur in præfata Defensione. In
 libro item aduersus Monasterienses, & non se-
 mel in commentarijs suis in Euangelia: **I O.**
 Certe conatur hoc ipsum persuadere, sed tu au-
 di Lutheri ad Caseliū uerba. Oramus, inquit
 (De Argentoraten. Euangelistis loquitur)
 quando

Lutherus
 dissentit à
 Zuinglia-
 nis etiam
 inuito Bu-
 cero.

quando ita certi sunt, ne dissimulent apud uulgum sese nobis dissentire. Conatur, inquam, magnificè, sed non potest negare quin iam per quinquennium super ea re inter ipsos certatum sit. Quin summus pontifex, Cæsar, Reges, Episcopi, Academiae, Principes Romani imperij, illos utrosq; Lutheranos et Zuinglianos, condemnauerunt hereseos. Idemq; illis utrisq; bellatoribus accidit, quod Muri et Ranz, sicut in Fabulis est. Sed quid ego in Mari, quod dicitur, aqua? IA. Supercedebimus hac de re plura dicere. Porro tu receperas te ostensurum nostros Euangelistas, ueteres exuscitasse hereses, quod quando probabis? IO. Vtinã euauissent, quã primũ pbauerõ. Hoc tñ, principio, silentio præterire non debeo, in hac mea pbatione non mihi cedat uelim in præiudiciũ qd tui Euangelistę fortassis tergiversabunt se, quę produxero, uel nõ docuisse, uel iam diuersum docere. IA. Audio. IO. Principio igitur si placet, à Papatu incipiemus, qua de re non opus est longo sermone. Pontificatum ueneramur, uicia personæ detestamur: & Pontificis dignitatem plus æquo & præter necessitatem uelle extollere, non prorsus abhorre uideretur à specie adulationis. Hoc autem luce & sole meridiano clarius est, omnes hereticos à tempore nati Christi, neglectui & contemptui habuisse summum in terris Ecclesię Caput. Qui enim liberius, in gregem

Papatus.

DIALOGORVM

ouium sœuire possunt, quam occiso, uel si uis
 trã non datur, profligato pastore. Truncato
 capite: quid reliquum Corporis est? Sed ius
 uat hoc loci Cyprianum adducere testem:
 Non aliunde, inquit, hæreses obortæ sunt, aut
 nata Schismata, quam inde, quod Sacerdoti

Lib. 1. Episto. 3. Dei non obtemperatur. Nec unus in Eccles
 sia dei ad tempus Sacerdos, & ad tempus ius
 dex uice Christi cogitatur, cui si secundum
 Magisteria diuina, obtemperaret fraternitas
 uniuersa, nemo aduersum Sacerdotum colle
 gium quicquam moueret, nemo post diuinũ
 iudicium, post populi suffragium, post Coëpi
 scoporum consensum, iudicem se, non Episco

Lib. 3. Episto. 9. pi, sed dei faceret. Et rursus idem. Hæc, in
 quit, sunt initia Hæreticorum, & ortus, atque
 conatus Schismaticorum male cogitantũ,
 ut sibi placeant, ut præpositum superbo timore
 contemnant. IACO. Quid hæc Cypriani uerba uelint ad tuum institutum pro
 bandum, non uideo. Neq; enim existimo ue
 teres illos sanctos agnoscere Romanam Ecc
 lesiam, quam nostri Lernam malorum uoc
 abit. Et hoc adiungo, qui tam immoto, ut
 Zuinglius ait, & constanti animo Papam sit
 aggressus præter Lutherum, nullus fuit (alij
 nihil derogo) ab eo tempore quo Pontificas
 tus Romanus cœpit. IOAN. Diuus Cypri
 prianus S. Martyr, sacis instituto meo seruit,
 sacisque

fatisque probat Hæreticorum esse indolem, ut
 contemnant summos sacerdotes. Nec est, ut ul
 lo pacto putes Romanam Ecclesiam à uetustis
 patribus illis non fuisse agnitam, aut non pro
 summa habitam, cum hac Ecclesia nihil antiqui-
 us habuerit. Nolo hic adducere Cyprianum, *Cypria.*
 sed relego te ad Irænaeum, qui hanc Romanam *Irenæus.*
 Ecclesiam aduersus hæreses candidè defendit. *Tertulli.*
 Lib. 3. Cap. 3. Ad Tertullianum item de præ- *Arnobius*
 scriptionibus Hæreticorum. Ad Arnobium
 in Psalmum 138. IA. Papè, Quis hoc credidisset?
 Sed quid dicunt: IO. Irænei uerba sic habent
 Sed quoniam ualde longum est in hoc tali uo
 lumine omnium Ecclesiarum enumerare suc-
 cessiones, maximæ & antiquissimæ & omnia
 bus cognite à gloriosissimis duobus Apосто-
 lis Petro & Paulo Romæ fundatæ & constitu-
 tæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis
 traditionem & annunciatam hominibus fi-
 dem &c. Et capite præcedenti, cum autem ad
 eam iterum Traditionem, quæ est ab Apostolis,
 quæ per successiones presbyterorum in Eccle-
 siis custoditur, prouocamus eos (de Hæreticis
 loquitur) qui aduersantur Traditioni, dicent se
 (non solum presbyteris, sed etiam Apostolis
 existentes sapientiores) sinceram inuenisse ue-
 ritatem. Tertulliani itidem uerba hæc sunt, Age,
 iam, inquit, qui uoles curiositatè magis exer-
 cere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias
 Apostolicas, apud quas ipsæ adhuc Cathedræ
 D 3 Apосто

DIALOGORVM

Apostolorū suis locis præsententur, apud quos
 authenticę literę eorum recitantur sonantes, uo-
 cę, representantes faciem. Proxima est Achaia
 habes corinthum. Si non longe es à Macedo-
 nia, habes Philippos. Si potes in Asiā tendere
 habes Ephesum. Si autē Italiā adieris, habes
 Romanā, unde quoq; nobis authoritas presbo
 est statuta. Felix Ecclesia cui totam doctrinā,
 Apostoli cum sanguine profuderunt. Hacten-
 us suffecerit hos duos produxisse. Quomo-
 do igitur se excusabunt, qui ad S. Pontificis
 nomen etiam nauseant, Antichristum, Idolū,
 abominationem uocant? Sed quemadmo-
 dum pollicitus fueram, nolo hoc negotium
 pluribus agere. I A C O. Sed nunquid tu om-
 nia Summorum Pontificum dicta uel facta
 probabis? I O A N. Nihil minus authorita-
 tem, S. Pontificis, ut prius dixi, agnosco, si qua
 sunt uitia personę ea detestor. Tu itaque me-
 mineris, quid sit uitia personę taxare, & quid
 sit totum ordinem confundere. Utinam sem-
 per ob oculos haberet Lutherus, quę super
 hac re in Machæum ipsemet adnotauit,
 non omnino temere. Sed quorsum rapior?
 Qua impudentia, dic obsecro uestri Eccle-
 siam emendare conantur qui ipsi ad Eccle-
 siam non pertinent? Si enim sunt hæretici,
 quod quidem ipsos esse manifestum est,
 Christiani esse non possunt, ad Ecclesiam
 Catholicam pertinere non possunt. Cui ob-
 secro,

Secro, persuadebitur illos uelle Ecclesiam la-
 psam reinstaurare, qui dirutam & penitus
 abolitam malent. Non possunt hæretici ama-
 re Ecclesiam, à qua seapte malitia excide-
 runt, peruersi & peccatores, atque (Pauli
 sententia) à semetipsis damnati. Nolo putes
 me hic odiosius tecum agere: Talibus nomi-
 nibus te nobilito, qualibus Lutherani Zuing-
 glianos, & hñ illos nobilitare solent. I A-
 COB. Non possum inficiari, quin nostri E-
 uangeliste, sæpissime Pontificem Romanum,
 Idolum, Antichristū & abominationē, & Ba-
 al uocarunt, et hoc ipsum uolunt probare ex
 prophetia Danielis, de abominatione stante in
 loco Sancto, Sic etenim Zuinglius Arti. 17. di *Zuingli.*
 cit. An hoc non est deum reñcere (de summo
 Pontifice loquitur) contemnere & explode-
 re? An hoc opus Antichristi, non est, qui se ut
 Daniel & Paulus testantur, in templo Dei se-
 dens, super omne id quod, deus est, effert &
 exaltat: Quir se deum in terris uocari sinit,
 & Deus esse uult, &cetera. I O A N N E S.
 Proh horrendam Blasphemiam. Cur non
 occinunt Pontifici: de bono opere non
 lapidamus te, sed tu cum homo sis, faciste
 met ipsum Deum. An non legerunt il-
 lud: Constitui te deum Pharaonis. Et ego
 dixi: Dñi estis, uel illud saltem uulgo iacta-
 tum. Homo homini Deus: Sed ut ad
 Danielis uaticinium accedam, non est ut

DIALOGORVM

In Math. cap. 24. Papam à Zuingliana calumnia defendã, quan-
doquidẽ Martinus Bucerus ipse, testatur hanc
prophetiam non quadrare in Romanũ Ponti-
ficem, addens et hoc: Neq; enim Papa, inquit,
se Christum unquam esse dixit, illũ scilicet li-
bertatis et omnis fœlicitatis restitutorem, qui
in præsentì exhibere uellet, quæ de Meschia
prophætæ prædixerunt &c. I A. Mirus & ua-
rius est ille spiritus, qui sibi ipsi in tam multis
contrariatur. I O A N. Condonandum esset
istis nouis Prophetis in similibus rebus hal-
lucinari, nisi & in maioribus longe prodigio-
sius alter alterum refelleret I A C O. Est &
aliud quod abs te scire uelim. Num scilicet
à tempore ascensionis Dominicæ, semper
fuerit in Ecclesia tanta graduum diuersitas
I O A N. Quod de graduum diuersitate
rogas, uerbis Diui Hieronymi absoluam. In
toto orbe, inquit, sic decretum est, ut unus de
presbyteris electus, superponeretur cæte-
ris, ad quem omnis Ecclesiæ cura pertineret,
& schismatum semina tollerentur. Hactenus
ille: quem uides cum Cypriano optime
conuenire. Et certe uterque satis ostendit,
qua nam de causa Hæretici Pontificem
summum, qui olim summus Sacerdos di-
cebatur, ferre non possunt: nimirum, quia
illo existente Iudice, non possunt tuto
seminate suum lætiferum semen, hæresum
& schismatum. I A C O B V S. Post
hac

*In Titum
Vide Buc-
cerum cõ-
tra Lato-
mam.*

hac non me mouebit summa Summi Pontificis potestas. Recte utatur suis clauibus, pascat oues fidei suæ concreditas. Ego hæc quæ *Arti. 17.* hæctenus locutus sum, non ideo locutus sum, quod primum locum Papæ inuideam. Nam ut Zuinglius ait, ubi multitudo est, aliquem primū esse, necesse est. Et Paulus iubet, ut quisque alium se præstantiorem ducat. Sed ob hoc dixi, ut cuncti uideant quam uafre quidā scripturas sacras pro libidine sua torqueāt, quodque asserere audeāt magistratum hunc à Deo non institutum. IOAN. Hac de re ne uerbum quidem addam. Mihi satis est Papatum, si recte administratur, non pugnare scripturis sacris, quod quidem uestri, iam diu contendunt. Tu uero tantum hoc memineris, quod probandum sumpseram. Papam nunquam non hæreticis displicuisse, à Catholicis uero perpetuo summo honore affectum. Quod postremum, uestri Euangelistæ, tantum abest, ut negēt, ut etiā plane fateātur. Ad hæc. Quisquis fauet Euāgelicę doctrine, ut D. Erasmus ait, is fauet Romano Pontifici, qui huius primus est præco, cum cæteri Episcopi sint eiusdem præcones. Omnes Episcopi Christi uicem gerūt, sed inter hos præcellit Romanus Pontifex. De eo sic sentiendum est, quod nulli rei magis faueat, quam gloriæ Christi, cuius se ministrum gloriatur. De hoc pessime merentur qui per adulationem illi tribuunt, quod nec ipse, quis

Epist. lib.

12. ad

Car. mon

gun.

DIALOGORVM

dem agnoscit, nec expedit gregi Christiano. Habemus, ut arbitror, Pontificem pium, sed in tantis rerum fluctibus plurima sunt, quæ ipse ignorat: quædam etiam si uelit, non potest obtinere: sed (ut inquit Maro) fertur equis auriga, nec audit currus habenas. IACO. Patentur nostri Euangelistæ, Papam à Catholicis semper in summo honore habitum: IOAN. Vtique fatentur. Nec mihi uelim credas, nisi Hein. Bullingerus ipse doceat, de Romani Pontificis dignitate, quando, à quibus, qua arte in tantam imperij gloriam subuectus sit, nolo hic hominem suis coloribus depingere. IACO. Sit sanè ita, quod hac de re scripserit, neq; tamen mihi persuadebis Bullingerum, Romano Pontifici bene uelle, cum huic abominatorem Missæ acceptam ferat in eodem libello: opinor enim te loqui de libello cuius titulus. De origine erroris missæ. IOAN. Recte tu quidem & satis opportune in Missæ mentionem uenis, quam Bullingerus, post Lutherum & Zuinglium, & cæteros, impropugnandam suscepit: qua quidem in re nescio impietatem eius magis admirer, an inscitiam, adeo oblitus est & frontis & instituti Humano capiti (sicut apud poetam est) ferè ceruicem, equinam iungens. IACOB. Spectatum admissi, risum teneatis amici. IOAN. Amphora cæpit institui, currente rota curuceus exit: De origine erroris Missæ titulum imposuit

Bullinge.

Missæ.

imposuit libellulo illi aureo scilicet, cum Missam magis honorificè nō potuisset orbi Christiano commēdare. Qualis nam hic est error, spicas late sparsas in unum colligere manipulum: indigestam molem, ut ita dicam, in ordinem redigere, ex multis granis unicum panem conficere? Cur non pari ratione condemnat & illum, qui Psalmos alioqui misere dispersos, in ordinem redegit? Cur non D. Erasmi qui Adagiorum opus ex frustulis (ut ita loquar) conforcinavit, & ordine optimo, posteritati commendauit? Cur non omnes præceptores, qui ex singularibus obseruationibus & experimentis, quæ uocant, præcepta, Canones, & artes colligunt? Sed hæc per se clara sunt. Deinde denigrare conatur uitā bonorum, ut apparet, uirorum, quo illis auctoritatem adimat. Ostensurus enim unde noster missandi ritus profectus sit, & quibus authoribus institutus, ait inter cætera. Cap. 4. non longe à fine. Doctis, & eruditione sublatis, emerit Ceremoniarum magister Gregorius, homo nouandi, cupidus, qui abusu mederi uolens, iudicio tamen carens & Gothica opinione imbutus, hoc ipso quo, abusum tollere uoluit, ipsissimum abusum inuexit. Et post pauca: Neque mouearis hominis sanctimonia &c. Et rursus: Hic est enim ille Gregorius, cui

Blasphē
 mie in Da
 Grego.
 Pontifi.

DIALOGORVM

cui non modo infinitas superstitiones, sed & omnium superstitionum caput ac portentum Missam feremus acceptam. Et iterum: Nam etiam si fuerit homo non omnino malus, neque penitus barbarus, fuit tamen mire superstitionis, ut pote cui deerant, quæ ad defecatum pietatem, absolutamque eruditionem spectare uidebantur, peritiam linguarum puto, acre ac piuum in sacris literis iudicium, solidioremque in humanis eruditionem. Audisti hactenus Bullingerum, iam audi eiusdem fucos. Admit bono uiro eruditionem, defecatum pietatem: addit superstitionem & iudicium obtusum: fatetur bonum uirum, sed cauet ne quis hominis moueatur sanctimonia. Et omnia Euangelice. Quis non in hoc homine iudicium & Christianum candorem desyderabit? Magis pie de illo sancto uiro Albertus scripsit: Cuius uerba Bullingerus ipse adducit. Sunt autem hæc quæ sequuntur. Eccle. 47. dicitur: Dauid dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora usque ad consumationem uitæ. Hoc enim de B. Gregorio potest intelligi, qui reserando superflua, & adponendo necessaria, & ordinans confusa, dedit decus Ecclesiæ in celebratione officij diuini: & tempora festiua, & profestorum dierum ordinauit proprijs unius cuiusque officijs, usque ad uitæ Ecclesiasticæ perfectum ornatum. Hactenus Albertus. Adtunge his, quod omnino proterue eleuat Catholicorum

**D. Alberti Magni
testimoni
um de D.
Grego.
Pont.
Max.**

holicorum allegationes, qui dicunt Patres à
 sua parte stare. Non est, inquit, quod quidam
 perent in Missas Ignatij, ac sacrificium uetus-
 tissimi Irænei. Nam Ignatij locus perperam
 uersus est, & Iræneus perperam intellectus.
 Hæc cap. 2. Bullingerus, qui alium Ignatium
 exhibere non potest, nec Iræneum sincere
 intelligere. Eiusdem candoris est quod cap. 3.
 dicit. Etsi Pontificij ritum hunc (de Missa lo-
 quitur) immutatum à Patribus esse probare
 possent, tamen nondum uicissent, etiam Pa-
 tribus iudicibus. Haftenus agnoscit & reñcit
 patrū iudicium. Postremo (quod eundem sa-
 pit Spiritū) Scotus (non Minoritanus Ille) Be-
 rengarius, Frederwardus, waldo denique Lug-
 dunensis, Bullingero boni uiri sunt, docti
 sunt, à Deo missi sunt, Hoc igitur pacto, cum
 se res aduersariorum habeat, quid disputando
 cum illis efficies? Quicquid negaueris, pro-
 bant, quicquid probaueris, negant. IACOB.
 Decipimur specie reñti, breuis esse laboro. Bul-
 lingerum ego hac quidem in re, nusquam uel
 uituperauerim, uel excusauerim. Sed dic So-
 des. Num Euangelica prædicatio, ideo falsa
 est, quod pronunciata à Iuda proditore? Nun-
 quid Cayaphas, ne dicam Olor, aliquando
 opportuna loquitur? Modo doctrina sic uera
 & indubitata de uitæ sinceritate non est me-
 um iudicare. IOAN. Non incesso hominis
 uitam, quæ mihi nota non est, sed impiam do-
 ctrinam.

Bullinge.

patroci.

natur Hæ-
reticis.

DIALOGORVM

doctrinam, quam sic artificiose palliatam nobis
 non cessat obtrudere Technologus illic. IAC.
 Multi bonam causam habent, quam tamen,
 uel probabilem aliquando uix reddere possunt:
 idem forte euenit Bullingero nostro: qui
 rem probabilem per se, probabiliorem alijs
 facere attentat, ideoq; solet undiq; corradere
 praesidia. Nolo itaque apud te mihi sit fraudi,
 quod ille negotiū inepte prosequitur, sed hoc
 mihi suffecerit, quod nouerim doctrinā, quae
 Missam abominatur esse bonam & Catholicam.
 IOAN. Bullingerus non est omnino in-
 fans, nec ueritatis oratio, fucō indiget, Cæterū
 quod postremo adijcis nullus admiserim. Si
 enim Missa per se Idolum est, abominatio est,
 portentum est, ut quid illam, quidā ex uestris
 principio ordinarūt uulgata lingua & legi &
 audiri? Neque enim nouus mos est latinæ
 Missæ, Nam Seba. Franck. in Chronicis suis
 docet Ioannem Episcopum Portuensē pri-
 mum Anno Domini. 684. latinam Missam,
 celebrasse. IACOB. Quid opus interrogare,
 quare nostri interpretati sint Missam? inter-
 pretati sunt, ut à plebe circumspiciente intelli-
 geretur Sacerdos celebrans. IOAN. Bene
 & optime responsum. Missa, ut ais, in uul-
 gatam linguam uersa est, quò possit ab om-
 nibus intelligi: Iam ut te arctius stringam, dic
 an tum temporis Missa tuis uisa sit bona uel
 mala? IACOB. Nescio: IOAN. Quod
ergo

*Missas
 prius à Lu-
 theranis
 mutata.*

ergo nescis, disce. Si malam nouerunt, præstabat neque audisse, neque intellexisse: si bonam, quomodo igitur repente facta est abominatio, portentum, Idolum. IACOB.

Quid si intellexerint malam, & abominandam, & ut eo commodius suo tempore possent abrogare malum, interpretari sunt, ut uulgus ipse deprehenderet anguem in herbis latitantem. Neque enim passus fuisset uulgus abrogari quasi malum, quod non intelligens, iudicabat Deo gratissimum.

Ad hoc nemo repente fit summus. Nec profusus abhorret à more Pauli qui sciens Circumcisionem nihil esse, & præputium nihil esse, tamen Circumcidit. Timotheum: IOAN. Quid hæc tam multis? Lu-

ce clarius est, Missam latinam, à uestris tantum non in cœlum usque euectam, indignum uociferantes, rem tam sacram, atque diuinam simplicibus oculere, nec ab impertunis illis uociferationibus abstinuerunt, donec, quod uolebant, euicissent.

Nolo hic tuorum in abrogando & statuendo traducere inconstantiam, qua iam statuerunt Euangelium uulgata lingua legi, mox minorem Canonem, quem

Missam magnis laudibus non ita dudum à Lutheranis celebrata.

vocant,

DIALOGORVM

uocant, reiecerunt, deinde immiscuerunt Rhi-
 micos uulgata lingua concentus: in hoc præ-
 posterè Lutherum imitati. Postremo, sacra, an-
 tea & diuina Missa, facta est abominatio, ido-
 lum, portentum, & nescio quid tandem. Hoc
 igitur est, cuius rationem abs te rogauerim: ni-
 mirum, quomodo Missa tam cito transforma-
 ta sit, quomodo ex re tam diuina facta sit abo-
 minatio: Circumcisionis exemplum hic tibi
 nihil patrociniabitur: Ratio est, quæ statim se-
 quitur, Circumcidit quidem Apostolus Ti-
 motheum, & eius facti suo loco rationem red-
 dit. Deinde ad Galatas dicit: Si Circumcidas
 mini, Christus uobis nihil proderit. Nunquã
 autem dixit: Nisi Circumcidamini, Christus
 uobis nihil proderit. Sed legimus apud eun-
 dem. Circumcisio nihil est, & præputium ni-
 hil est. Alia certe, longe, inquã, alia audiui-
 mus ex uestris de Missa prædicari, non, missa nihil
 est, siue, Adiaphora est. Sed. Missa sacra est,
 diuina est. Deinde, Missa abominanda est, dete-
 standa est, atq; ad inferos usq; detrudenda:
IACOB. Horum profecto nihil tergiuersari
 possum. Vulgatissima enim sunt hæc, & pa-
 gos (ut ille ait) detrita per omnes, Nec aliam
 tibi horum rationem reddere possum, quam
 Euãgelistas nostros, omnia, licet nõ satis prou-
 denter, tamẽ piẽ ab initio fecisse. Sed quoniã
 illis spiritus sanctus iã meliora persuasit, me-
 llora etiam offerunt. Quod adtinet ad lectio-
nem

nem Euangelij uulgatam, minorē Canonem,
 rhythmicas cantilenas, non opinor longam re-
 sponſionem uel exquisitam postulare purga-
 tionem. I O A N. Quod tu de pio Euange-
 listarum tuorum animo dicis, nescio quo can-
 dore possit defendi. Quis enim ab inferis
 reuocabit tot hominum millia, qui in Mis-
 sas Germanicas omnem fiduciam colloca-
 runt? Aut si uerum est, quod principio dixe-
 runt, quomodo reuocabuntur ab orco, qui
 tam sanctam atq; diuinam Missam angue &
 cane peius oderunt, & adhuc abominantur,
 execraturq;? Quot item hominum millia sūt,
 quibus à tuis Euangelistis persuasum est, mi-
 nori periculo aliquem esse in lupanari, uel in
 conspectu diaboli morari, quam uidere sacer-
 dotem sacrū facere? Venio iam ad reliquam
 responsionis partem. Quod minorem Cano- *Canō mi-*
 nem negligitis, per se neq; bonum neq; malū *nor negle-*
 est, sed accedente contemptu, & superstitione, *ctus.*
 quomodo impium esse non possit? Ha-
 bent & Catholici præscriptos dies, in quibus
 non eodem modo, neq; totidem uerbis, Missæ
 sacrum absoluunt, nemo tamen pius ipsos ca-
 lumniatur, quum omnia citra contentionem,
 citraq; contemptum fiant, quemadmodum et
 à pijs ordinatum fuit. Quis item non nouit,
 in Missæ sacro alias habere preculas Do-
 minicales, alias Augustinianos, alias item
 alterius cuiuspiam ordinis uel instituti fra-

DIALOGORVM

tres : Hic breuiores , ille prolixiores , hic
 paucas , ille multas : Sed talis diuersitas,
 cum contemptum non habeat , nihil præ=
 iudicat pietati Catholicæ : Sed quæ , ma=
 lum , est temeritas , contempto totius Chris=
 stianitatis grege , singularitate gaudere : Quod
 autem , lingua uulgata uestri Euange=
 licam lectionem pronounciare solebant ,
 quod item uulgatas in templis sonare can=
 tiones , temeritate & nouandi studio re=
 motis , non possumus reprehendere. Ha=
 bent enim & Catholici suos præscriptos
 dies , in quibus idem faciunt. Breuiter
 omnia illa neutra sunt , adiaphora sunt ,
 per se neque bona , neque mala sunt : sed
 iuxta utentis animum , uel praua , uel bo=
 na sunt , hoc est à facientis animo præ=
 dicatum suum mutuantur : Hactenus de
 Missæ negotio in genere plus satis : ad quæ
 me mouerunt intempestiui illi Nouato=
 res , qui negotio nondum satis intellecto ,
 omnia pro animi sui libidine , uel institua=
 unt , uel abrogant , sic , iuxta Prophetam ,
 dicentes bonum malum , & malum bon=
 num , dulce amarum , & amarum dulce. De
 usu , aut , si mauis , deplorando abusu uestis=
 um sacrarum , nolo hic quicquam dicere.
 Quis enim uel talpa cæcior , non uideat , quo
 zelo uestri Euangelistæ moti hactenus uocis
 ferati sunt , non referre , quibus uestibus uel
ualis

Concen=
 tus rithmi
 ci.

Vestes sa
 cræ.

tralis utamur in templis? Christus quem non
 tantum semper in ore & manibus, sed &
 in manicis circumferunt, purgauit quidem
 templum (nam & hoc legimus) I A. Tem-
 pus est ut loquēdi uices etiam ad me redeant,
 tandem & tuos interrumpam sermones, ne,
 quod rerum summa est, negligatur. IOAN.
 Satis tempestiue profecto. Alias sese obtulisset
 locus ille tractandus apud Mosen. Non
 furtum facies: De ihs, inquam, qui Euangelice
 sacra legunt, non minus quam prophana.
 I A C O. Hoc non uolebam. Sed delyderam
 ex te audire, quo pacto defendi possit,
 quod Missam uestram, pro sacrificio uiuis atq;
 defunctis proficuo decantatis. Neque enim
 est dogma aliud quod nostri Euangelistę ma-
 gis detestentur I O. Si in reliquum Missę con-
 senseris, hac de re non multis digladiabimur. *Missę Sa-
crificium.*
 Possem enim tibi paucissimis satisfacere. I A.
 Nequaquam consensero in Missę sacrum,
 multo autem minus in Missę sacrificium. Sed
 quid multis? Euangelistę nostri, excepta cœ-
 na dominica, quicquid reliquum est Missę, ex-
 plodunt. I O. Explodant tui quicquid uelint,
 ego noui Lutheranos candidius de Missa
 sentire. Sed ne uidear talis qui uelim te uana
 spela stare, accipe quę super hac re Lutherani
 confessi sunt coram Cæsare nostro Carolo in
 comitijs Augustanis. Sic habet confessio: Fal-
 so accusantur nostrę Ecclesię, quod Missam
*Confessio
Augusta.
de Missa.*
 E 2 aboleant

DIALOGORVM

aboleant, retinetur enim Missa apud nos,
 & summa reuerentia celebratur. Seruantur
 & usitate ceremoniæ fere omnes, præterquam
 quod Latinis cantionibus admiscetur alicui
 bi Germanicæ, quæ additæ sunt ad docen-
 dum populum. Hactenus confessio. Adiun-
 ge his si placet, nouam Missandi formulam
 à D. Luthero conscriptam. Conscripsit &
 Zuinglius peculiarem Missandi formulam.
 Quid Oecolampadius adhuc apud Siches-
 gum Hedioni scripserit de negotio Missæ,
 uulgo legitur, Sed ualeant Prothei, Polypi,
 Vertumni, qui quicquid eis in Buccam ues-
 nit, Sybillæ folium haberi uolunt. IACO,
 Noui Ecclesiasticis nostris hoc in negotio,
 parum conuenire cum Luthero. Nec tamen
 aliquem puto, sic ab illo dissentire, quantum
 Lutherus à se ipso dissentit, quod etiam uos
 monstrantibus (Fabro, Eckio, Cochleo, Papistis illis de-
 monstrantibus) obscurum esse non arbitror.
 Sed ut ad institutum redeamus, gestio scire ex-
 te, qua nam ratione possit defendi, Quod
 Missam prædicatis, Sacrificium pro uiuis
 atque defunctis. IOANNES. Hoc nego-
 tium satis arduum est, & in quo à multis bonis
 uiris multum sudatum est. Nec minori
 difficultate laborarunt Lutherani, & Zuingliani,
 quomodo diuersum probarent uel
 probabilibus argumentis: euidencia enim
 & constringentia non habebant, Missa cres-
 nim

Luthe.

Zuingli.

Oecolamp.

nim Sacrificij nomine gloriatur à multis re-
 tro sæculis, neq; usq; ab aliquo impugnata
 est, hoc quidem nomine, Sed utcunq; sit, no-
 lumus hic multis contendere. IACOBVS.
 Placet. IOANNES. Hoc tibi primum
 omnium uerè & promittere, et re ipsa ostende-
 re possum, etiam tuos Euangelistas, non ab-
 horrere prorsus à Sacrificij nomine, quando
 de Missa loquuntur. IACOBVS. Hic non
 inuenies qui tibi hoc credat. IOANNES.
 Accipe igitur quæ M. Bucerus in defensio-
 ne ad Episcopum Abrincensem scribit, de
 Missa. Hic exhibentur, inquit, quam plenis-
 sime quæcunq; Dominus noster Iesus Chris-
 tus nobis factus est, & contulit. Itaq; existit
 in Sacra Cœna summam Sacrificiū, non lau-
 dum modo, sed & ipsius Christi, sed & nos-
 tri ipsorum. Eius enim quod se Christus in
 cruce obtulit, uim & fructum hic, cum per-
 cipimus, tum fratribus pro modo sacri mini-
 sterij, & arcanae sanctorum inter se societatis
 communicamus. Hactenus ille. Addit post
 pauca: Hisce de causis non solum priscae Pa-
 tres, sed Scholastici quoq; sacræ cenam Domini Bucerus
 Sacrificiū uocauerunt. Adducit ad suam sententiã
 sententiam confirmandam Chrysostomū, Au- D. Tho-
 gustinum, et Thomam suum Aquinatem, qui Aquinatis
 uno ore Missam uocāt Sacrificiū. Cū igitur de Missa
 talia Bucerus ipse scribat, nonne omni labore sequitur.
 me subleuauit. Interpretet sua ut uelit, Chry-
 sostomo

DIALOGORVM

Costomo, Augustino, & Thomæ Ecclesia Catholica subscribit, quā & ego in omnibus sequor, & deo uolente deseram nunquam. I A. Papæ. Non fortuito, sed dei dispensatione factum est, ut à cato uel fele ille homo denominetur. Neque enim quisquam est nostrorum, qui sese rectius in omnia transmutare possit. Hoc certè nomine, & apud nostros male audit. *Bullinge.* Dicat igitur quicquid uelit, uertat se quo uelit, nobis modo non præiudicet. Est locus apud Bullingerum, qui satis explicat, quo consilio ueteres appellarint Missam sacrificium. Admonet item, Christianis non reliquum esse sacrificium, nisi orationem, concordiam, & huiusmodi, quod quidem autoritatibus Irænæi & Tertulliani confirmat. I O. Quibus uerbis I A C. Irænæi uerba hæc sunt. Vult nos dominus munus adferre ad altare, frequenter & sine intermissione. Est ergo altare in cælis, illuc enim preces nostræ, & oblationes nostræ diriguntur. Hactenus Irænæus. Addit Bullingerus concludens, Sed apertius audies, inquit, in consequenti huius Autoris testimonio, orationem ueram esse Christianorum oblationem. Ex hñs consequitur, Bullingero teste, Missam nõ esse sacrificiũ. I O. Nihil noui hoc est in Bullingero, uim scilicet facere Sanctis patribus, quos ferè in omnibus lucubrationsibus suis iactat à parte sua stare, Sed ad eum, Fatemur & ipsi orationẽ Christianorum esse

Ireneus.

esse sacrificium, uel illo Psalmistæ admoniti,
 Dirigatur Domine oratio mea sicut incensum
 in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum
 sacrificium uespertinum. Sed quid interim
 Bullingerus euicerit? Neque enim Irenæus di-
 cit orationē unicam illam & solam esse Chri-
 stianorum oblationem. Si enim Irenæus om-
 nes oblationes, præter orationem excludit,
 ut quid non ueretur Bullingerus concordiam
 pro sacrificio adijcere? An ne etiam tibi mi-
 rum uideatur, quod tam futile argumentum
 in primam aciem collocarit: **I A C O B V S.**
 Bullingerus non instituit probare orationem
 unicam esse oblationem. Sed uult demonstra-
 re Missam Irenæo non dici sacrificiū tale, qua-
 le fingunt Pontificij illum significare uoluisse
I O A N. Quid si non uno in loco Irenæus
 appellat Missam sacrificium? Quid si hoc in
 ipso capite, quod Bullingerus allegat? Sed quid
 ego longis ambagibus te detineo. Diui Irenæi
 uerba hæc sunt. Quomodo autem constabit
 eis (Hæreticos intelligit) eum panem in quo
 gratiæ actæ sunt, corpus esse Domini sui: &
 calicem sanguinis eius, si non ipsum fabrica-
 toris filium dicant & cetera. Et non ita multo
 post. Ergo aut sententiam mutant, aut abstin-
 neant offerendo, quæ prædicta sunt: Nostra autē
 consonans est sententia Eucharistiæ, et Eucha-
 ristia rursus confirmat sententiam nostram.
 Offerimus enim ei quæ sunt eius &c. Hætenus

DIALOGORVM

Irenæus. Vides iam qua dexteritate, et quo candore uestri Euangelistæ soleant S. patres allegare, & filios facere contra Matrem pugnare. IA. Nolo hoc loco meam præcipitare sententiam: Nescio enim malicia ne, an festinatione huiusmodi uiri peccent. Adducere iam Tertulianum nisi subuererem ipsum simili fucō adductum. IO. Possem ego multos adducere Doctores Sanctos, qui etiã sanguinis effusione Christi fidem et doctrinam ornauerunt, sed longius æquo sese extenderet oratio. Tu si placet, uide August. contra inimicum legis & prophetarum. IO. Chrysostomum in 1. Corinth. 15. & huius Simium Theophylactum in cap. Math. 24. Ambrosius de Sacramentis notior est, quam ut de ipso dubitari possit. Esse autem Ambrosium authorem illorum librorum, satis probat. S. Martyr Episcopus Rossensis & Philippus Melancton, uterq; contra impudentiam Oecolampadij. Suffecerit iam audisse, quod Lutheranis Missa nõ displicet, Buccerum autem cum Diuo Thoma Aquinate Sacramentum nomẽ agnoscere, qd si utrique credunt quod pollicentur, salua res est. Quid, quod Lutherus ipse fatetur se primum omnium Missæ Bellum mouisse. Sed quo doctore, quoue impulsore hoc ipsum fecerit, iam nemini dubium est, postquam eius rei Magistrum, confessus est Satanam, in libello de priuata Missa, non non ita longè à principio. Certe si Missa talis

Patres de
Sacrificio
Missæ.
Ambros. li
bri de Sa-
cramentis

Lutherus
satane
Discipulus.

talis esset, qualem tui fingunt, nunquā dissuasisset illam Satanās. Quis enim unquā legit, uel audiuit Satanā dissuadere, aut prohibere quæ mala sunt? Bonis, non malis rebus inuidere solet Diabolus. Lutherus nullo efficaciori argumentō probare potuerat Missā uerē esse piā & Ecclesiæ utilem, quam cum demonstrauit, quam diligenter ac strenue pugnauit contra illam Satanās. Verum non mirum est Schismaticos & Hæreticos de Sacrificio contentiosius egisse, cum ex Christi uero, et uiuifico corpore & sanguine non dubitent Symbolicas tantum res facere, & hac in re ueterum Hæreticorum sententiæ subscribere. IACO. Vide quid dixeris. Hæreticorum sententijs, non nisi Hæretici subscribunt. IOAN. Et hoc est, quod in proximo colloquio dixeram. Si igitur iam probauero tuos Euangelistas sentire de Cœna, quod Hæretici olim senserunt, nunquid à se Hæreseos labem abstergere possunt? Non opinor: IACO. Esto. Audiam quos & quales mihi Hæreticos adducturus sis: IOA. M. Bucerus in Apologia aduersus Brentiū sic interpretatur Dominicæ Cœnæ uerba, Accipite, edite, hoc est corpus meum. Ut panem hunc de manu mea accipitis ore manducandum, ita præbeo certo uobis carnem meam, quam mox dabo, ut pro mundi uita in cruce immoletur, edendum fide, de qua manducatione aliquādo multa uobis dixi: &c. Deinde

*Bucerus
de Eucharistia contra
D. Brentiū.*

DIALOGORVM

addit. Atque ita quod de distributo pane dicit, Hoc est corpus meum : atq; de calice, hic est sanguis meus, uel nouum Testamentum in meo sanguine, magis adeò dictum accipimus, ut istis ceu signis, illos certos redderet, se pro ipsorum salute moriturum, ac ita in uiuificum cibum ac potum, sed spiritualem, carnem suam & sanguinem illis præbuerit, quã ut panem uel uinum uoluerit immutare, seseq; carnaliter offerre, hoc est Physico modo contentum, &c. Et in cōment. Mathei. 26. Porrigēdo ergo panem, ait, Accipite, comedite. Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur, hoc est, sicut hunc uobis trado panem, edendum ore corporis, ita dono uobis corpus meum edendum animo, nam dabitur iam pro uita uestra in mortem. Symbolum hoc corporis mei est, ut sicut panem à me acceptum, ore comeditis, & in uentrem trañcitis, ut uita uestra sustentetur, & ad opera ualeat, ita animo credatis corpus meum pro uobis tradi. Hactenus Bucerus qui quam piè de ueritate Corporis Christi in Eucharistia sentiat, statim ex Luthero uestro audies. Huius porro opinionis autorē nouimus Zuingliū, & Oecolāpadiū, quemadmodum uterq; libris in hoc æditis testatur. Hæc autem opinio quã Luthero probetur, obscurum nō est. Quis enim nescit hūc illis collatum, longe diuersa sentire? Lutherus constanter docet, in Eucharistia uerū Christi corpus

corpus una cum substantia panis contineri.
 Oecolampadius apertè negat illic adesse cor-
 pus, sed tantum Symbola corporis: Carnis
 uerò præsentiam affirmare conatur, & nihil
 utilitatis habere, & sapientiæ diuinæ præiudi-
 care. Quid tibi hic uidetur? Vtri decernes Co-
 ronam? IACOB. Haftenus apud me non est
 deliberatum. Per quinquennium enim iam
 ardentissime contendunt, et adhuc sub iudice
 lis est. Sequutus igitur sum haftenus sententiã
 Dionysij Melandri, ut eunq; improbetur Lu-
 thero, Carbonarij illius fides. IOAN. Ego ti-
 bi dicam breuissime. Valeat Melandri fucus,
 nec Lutheranis, nec Zuinglianis credas, sed Ec-
 clesiam patiãre triumphum agere. IACOB.
 Quam Ecclesiam? IOAN. Ego non nisi unã
 Ecclesiam noui, quæ partim hic sub Christi
 auspicijs militat, partim, diabolo, mundo &
 carne deuictis in cœlis triumphat. Sed ne lon-
 gius remorer te, Ecclesiã eã puto, quã nos Ca-
 tholicã, uestri per contẽptũ Papisticã uocant.
 IAC. Quo iudice triumphabit. IOA. Rogas?
 Iudices habet equos. Sacra Biblia, uetustissi-
 mos Ecclesie Doctores, Lutherũ deniq; et Oe-
 colãpadiũ. IA. Dauus sũ nõ Oedipus. Rẽ ap-
 tius effare. Si solũ Sacra Biblia, atq; Doctores
 ueteres allegasses, nihil esset difficultatis. Sed
 postq; etiã adduxeris. Lutheros, et Oecolãpa-
 dios, nõ uideo qd uelis. IO. Facile explicabi-
 mus. Nõne Luth. et Oecolãpa, uterq; nescius
 arma

Lutheran
 ni cum
 Zuinglia
 nis com.
 mittuntur

Melander
 apud Frã
 co fordias
 nos.

DIALOGORVM

D. 1641.
Episco.
Roffen.

arma ministrat Ecclesiæ, quibus ipsi confodiantur: Quicquid enim Lutherus aduersus Oecolampadiū adfert, ut euincat in Eucharistia uerū esse Corpus Christi, id (quis nō cernit?) Ecclesiæ partes corroborat. Et rursus quicquid Oecolampadius profert (ut Roffensis ait) ut statuat hunc panē haud quāquam esse Corpus Christi, mirificè confirmat Ecclesiæ de transsubstantiatione decretum. Nā quod Oecolampadius & Lutherus singillatim sentiunt, si in unum conflaueris, iam coadunabis Ecclesiæ Catholice fidem de Sacramento altaris. Ecclesiæ enim fides hæc est, uerum Corpus Christi, sub specie panis, & uerum sanguinem sub specie uini contineri, ita ut post consecrationem non sit panis uel uinum, sed uerum corpus, & uerus sanguis Domini nostri Iesu Christi. Hanc Ecclesiæ fidem, sicut diximus, Lutherus, & Oecolampadius oppugnant, ipsi interim inter se Andabatarum more pugnant, ut uerius in hos quadret, & locum habeat, quod Bullingerus in Anabaptistas torquet, dicens. Quum eundem spiritū ueritatis non habent, mirum non est, eos de errore in errorem detrudi. Tam uarias enim sectas ipsi inter se habent, ut altera alteram damnet, & Satanæ tradat. Porrò si diuisis copijs, singuli suam sententiam tutantur, uterque hostili animo Ecclesiam persequitur, qui hæreticorum germanus est Genius, **IACOB.** Quos Hæreticos

cos nobis crepas? Carlostadium ne? Berengas-
 rium? Fredeuuardum? Ioannem Hufs? Hiero-
 nimum Pragen. Vualdonem? I O A. An ne
 hac fecerit tibi satisfactum? Sed nolo hic figere
 pedem. Alia sunt portenta, alij Eucharistię ho-
 stes, & impugnatores. IACO. Enumera ob-
 scuro. I O A N. Ex Augustino & Eusebio &
 alijs Catholicis didicimus non paucos fuisse
 hereticos, qui Eucharistię bellum indixerunt.
 Tu, si placet, Ioachimum Vadianũ in Apho-
 rismis suis uide, libro primo: nam & ipse enu-
 merat nonnullam huius pestilentissimę pro-
 paginis sobolem. Ex multis paucos accipe.
 Euchetę, qui & Messaliani nominantur, aus-
 thore, Eusebio dicunt, diuinum cibum nihil
 nec prodesse nec obesse. Huius hęresi proxime
 accedit Bucerus, si penitus introspexeris, *Euchetę*
 quę in paulo supra adductis locis habet. Vi-
 detur enim ipsi sacramentaria illa res tale quid,
 pro quo non sit necesse pluribus digladiari.
 Posse etiam uerum esse Christianum, & eum
 uerę predicare, qui etiam non fateatur corpus
 Domini sub pane, uel symbolicis uel realiter
 contineri. Vide Lutherum de uerbis Cœnę
 ad Zuinglium. Vide etiam Epistolam Buceri
 ad Marpurgensem Academiam. In apologiã
 eundem ad Brencium. I A C O. Si hęc Buce-
 rus sentit, non mirandum, quod Lutherus de
 illo ad Argentinenses scripsit, nimirum in hęc
 uerba. HIS SPIRITIBVS CREDAT DO-
 CERI

DIALOGORVM

Ad Casselium.

Lutherus de Bucc.

Nestorius Sebast. Franck.

CERI VERITATEM, inquit, SI QVEM PERIRE DELECTAT Quid enim solidum, ut Obsopæus ait, aut stabile adeo esse poterit in Christianissimo, hoc labefacto Sacramento? Consilium item illud non stat, Luthero teste, quo fideles sint auocandi à quæstione corporis & sanguinis præsentis, & sola fide exercendi. IOAN. Utinam animaduertisses quæ in eadem Epistola Lutherus dixisset, & uerbis meis facilius crederes. Sic enim ait Lutherus, Bucero uideri rem leuiculam, istam dissentiuiculam, deniq; citra fidei iacturam. Sic enim sentit ille spiritus, fidem non perdi, si Christus mendax in uerbis suis blasphemetur. Hactenus ille: quibus certe multo duriora addit. Sed non existimauerim præter rem fore, si adduxero adhuc unum, atque alterum Sacramentarium ex collegio uesterum Hæreticorum. Nestorius negat Christi carnem in Eucharistia uiuificatricem. Anno Domini .424. Huic adde, quos Sebastianus Franck enumerat, Adelphilium, Almaricū, & Aërium, qui Augustino teste, Sacrificiū pro defunctis oblatū execratur. Adde Albigeneses, Albinenses, Enthusiastes, Flagellatores deniq; et multo plures quos enumerare longum foret. Cum his et similibus portentis Ecclesia Catholica negotiū habuit ante multa secula. Horū Camerinā uestri Euāgelistæ satis inauispicato mouerūt. Sed qui illos deuicit, eius hæc

ctenus

Genus nō est abbreviata manus. Potest et tuos
 Pharaones perdere, simul ac Israelitas satis af-
 flixerit. Sed heus tu Iacobe, nū meditare aures
 os mōtes? Quid tecū mussitas? Si subdubitas
 me uera dicere, consule Chronographos siue
 nostros siue uestros, et dispereā nisi deprehens-
 deris me nihil finxisse. Hoc ex ouo prognati
 sunt tui Euangeliste, Hos progenitores, auos
 & proauos habēt tui Euāgeliste, qui in nego-
 tio Coenę Dominicę, & Ecclesiam persequuntur,
 & suū spiritum uertiginis egregiē tradu-
 cunt. Quid igitur ad hęc dicturus es? IAC. Nū
 quam credidissim Euangelistas nostros talia
 fuisse auos, nisi uelint illos habere pro bonis
 uiris, quos tui Hęreticos pronunciant? IOA.
 Probc. Non enim defunt qui pro Catholicis,
 & sanctis uiris habent eos, quos Sanctissimi
 quicq; execrantur. Sed hęc uentilare, nō est prę-
 sentis instituti. Ex Bullingero metire alios.
 Mihi nunquā probabuntur, qui Patrū uesti-
 gia uel negligūt, uel detestantur. IAC. Et nos-
 tri fatentur, standū esse doctrinis, quas à S. pa-
 tribus accepimus, quod & supra retuleram.
 IOAN. Habemus illis gratias, quod in hoc
 nobis subscribunt. Quomodo uerò Patrum
 testimonia torqueant, quid opus est multis os-
 tendere? Ipsissima res clamat, quam astuta
 ti, quam impij, quam subdoli, in hoc ne-
 gtorio sint? Lutherus certe cum cernit Au-
 thores aliquos opinionibus suis aduersari.

non

DIALOGORVM

non impudenter, contendit eosdem pro se facere, neque fucis, & falsis glossematibus eos deprauare, & in sensum suum inuitos trahere molitur, sed aperte negat, uelut sententię suę prorsus aduersantes. At callidius (ut inquit Rossensis) & uersutius negotium suum agens Oecolampadius, heresi suę subscribere cunctos, qui cuiuscpiam autoritatis fuerint, ostendere conatur, nisi forte tam dilucida claręque sint eorū testimonia, ut nullas glossas admittant. Huius doli etiam à Melanchthone accusatur Oecolampadius in quadam Epistola de negotio Eucharistię. IACO. Ego uero audio Lutherum & Zuinglianos super eadem sententia conuenisse, & hoc prudentia & dexteritate Bucerii, qui multis argumentis probauit dissidium illud inter partes Euangelicas magis de modo loquendi, quam de re ipsa fuisse. Et ipse Bucerus propterea quę de sacramentis scripserat retractauit, iam non porro Zuinglianizans sed Lutheranizans. Huius rei fidē tibi faciat, quod cum suis aliquot iam olim cepit subscribere cōfessionī Augustanę, quod in Comitibus Augustanis certe nō fecisset. IOAN. Omnia hæc probē noui, sed qua ratione facta sint, multi iam incipiunt olfacere. Crede mihi, mi Iacobe, sub Ouilla hac pelle crudeliss. latet lusus. Tria proposuisti, ad quę non difficile & uerē possem respōdere. IA. Quid respōderes? An putas me hic aliquid fingere? IOA. Age, quoniam

quoniam ita uis, respondebo ad singula, & eo ordine, quo à te proposita sunt. Lutheranos & Zuinglianos inter se de Eucharistiæ sacramento conuenisse tam certum est, quam quod est uanissimum. Quasi scilicet Lutheri & Bullingeri posteriora scripta, aut potius maledicta nemo uiderit. Quod uero Bucerum, & huius super Eucharistiæ sacramento sententiam adinet, non opus est multa responsione. Sic enim male & imprudenter à se dicta interpretatus est, ut errorem (si alicuius accusari possit) non sibi, sed lectoribus & auditoribus imputari uelit. Neque enim talis uideri uult Bucerus qui alicuius erroris in doctrina, nec criminis in uita accusari possit ab aliquo. Cæterum ne me existimes hic aliquid fingere, adducam tibi sententiam Celsi secundi (qui ad uos, non ad nos pertinet) de Buceri retractationibus. Sic autem scribit in nouiss. Pasquillo suo. Bucerus cœnæ dominicæ negotium, aliter tractare, quam antea in scriptis suis fecit, hoc est Lutheri accedere uidetur: tamen si ita sermonem temperat, uerbaque ponderat, ut nemo quid sibi in ea re uelit, intelligere possit. Hæc ille. Tertio proponis Bucerum iam subscribere confessioni Augustanæ, Scio: & quare faciat, non scio, uereor autem ne magis faciat in gratiam Martis quam Appollinis, non facturum uide licet, si non magis hastæ quam calamo conficendum putaret. IACO. Quo igitur me

F

uertam

DIALOGORVM

uertam? Cuinam hac in re credam? IOAN-
 NES. Lutherani propius ad Ecclesie sententiam accedunt, Sed tu noli subscribere uel
 Luthero uel Oecolampadio, cum uterq; ab
 Ecclesia defecerit, Sed Catholicorum ample-
 ctere sententiam, quæ non est nupera, non
 singularis, sed ab omnibus patribus Ecclesie
 recepta, & à Luthero, & Oecolampadio inuis-
 tis etiam propugnata: Qui enim disiunctis co-
 pijs Ecclesiam iam per quinquennium impu-
 gnant, non ita longe antea eandem Catholi-
 cissime propugnarunt. I. A. Audiam: I. O. Lu-
 theri in sermone de Eucharistia, hæc sunt uer-
 ba, In sacramento altaris, non est panis & uin-
 um, sed species panis & uini, nempe panis in
 uerum & naturale Corpus Christi. Et uinum,
 in uerum et naturalem sanguinẽ Christi trans-
 mutatur, Hactenus Lutherus. Iam continen-
 ter subiungam uerba, et doctrinam Oecolam-
 padij. Simpliciter et absq; hæsitatione credas
 inus adesse & contineri sub hoc pane, uerum
 Corpus, sub uino autẽ sanguinem. Et rursum:
 Non dico figuram et typum tantum, ut sacri-
 ficium Abel, ut oblationem Melchisedech,
 ut agnum paschalem, Manna, panes propo-
 sitionis, subcinericium Hæliæ, & cæteras ue-
 teris Testamẽti figuras. Absit id Blasphemie,
 ut tantum tribuamus umbræ, quantũ luci &
 ueritati. Et haud ita muleo post. Panis em̄ hic
 nobis non tantũ figurat, sed est corpus ipsum
 Domi

Lutherus
 pro Eccle-
 sia contra
 Zuinglia
 nos.
 Oecolam-
 sententiã
 Ecclesie
 propu-
 gnat.

Domini. Habemus in hoc fidē Christo, uerita-
 ti primarię, quę fallere neq̄t, et dixit: Accipite
 et manducate. Hoc est Corpus meū. Carnem
 itaq; et sanguinē Christi adesse et cōtineri sim-
 pliciter fatemur. Haftenus ille. Ad hunc mo-
 dum & per totam illam contionem asserit in
 Eucharistia ueritatem corporis et sanguinis
 haberi sub uelamine panis et uini. Audisti iā,
 opinor, quā conueniat Luthero et Oecolam-
 padio cū Ecclesia. IA. Accepi qd̄ super hac re
 scripserit. Sed quo tempore? Num ante librū
 æditum de uerbis cęne? IO. Vtiq; longe antea
 quam suam sentētiā proferret in hoc libro.
 IA. Et hoc est, quod ego uolebam audire.
 Palinodiam cecinit bonus uir, eius quod olim
 imprudens pro Eucharistia effutierat. IO.
 ANNES. Noui & hoc, denegat enim primis
 suis lucubrationibus patrociniū, et abolitio-
 nem & incendium imprecatur. IA. Nihil igitur
 tibi suffragabitur, uel Oecolampadius, uel
 Lutherus etiam, qui iam sæpius recantauit,
 maxime in eo quod ad transsubstantiationem
 adinet. Et si fama, præter morem suum ue-
 rax est, iam mutuo consentiunt Lutherani &
 Sacramentarij, hoc ipsū certē magnificē, sicut
 paulo ante dixi, multis i locis pollicet Bucerus
 IO. Nihil moror Oecolāpadij uel Lutheri etiā
 palinodiam, nec euro quid occinerit Bucerus.
 Lutherus semel nos suæ sententię certos
 reddidit, & Buceri fucus non uni tantum

DIALOGORVM

notus est. An mihi toties mutanda fides, quoties illi mutant scripta & Perpetuo ostentant suum spiritum (uereor non sanctum) cum tamen nullibi eadem, & constanter dicant. An mihi semper dubitandum? Non, plane non. Quod principio docuerunt pariter cum Ecclesia, cum patribus, cum Canonicis denique Scripturis, hoc ipsum pro me dictum existimauerim. Si quid autem deinceps diuersum docuerunt, uel scripserunt, præter et contra omnes Patres, nihil moror, surdo narrarunt fabulam. I A C O. Huius rei rationem abs te gestio audire, qua scilicet ratione, priora posterioribus præiudicare debeant. I O A N. Paucis expediam, quandoquidem omnia, iuxta regulam in proximo colloquio præmissam, iudicanda ueniunt. Quod Lutherus, Zuinglius, & Oecolampadius, & ceteri, principio docuerunt, nihil singulare, nihil nouum, nihil inauditum fuerat. Sed habebat testes Sacram scripturam, uetustissimos Patres, Ecclesiæ item Catholicæ consensum, Verbo dixerim, Illorum dogma de Eucharistia constabat antiquitate, uniuersitate, atque consensu. Adde: Illo tempore, quo Oecolampadius & Lutherus Ecclesiæ oppugnabant sententiam in negotio Eucharistiæ, honorificè, & amice alter alterum tractabant, mutuam gratulantes de Euangelio diuinitus reuelato. An non Lutherum miris modis

modis extollebat H. Zuinglius? Dicebat enim Lutherus (quantum ego iudicare possum) fortissimus miles Christi est, qui tanta diligentia scrutatur scripturas, ut ab annis mille alius nemo. A Vincentio, Obso- pæo, & Hiobo Gast, non minus speciosa multis in locis de Luthero prædicantur. Iam cum & Lutherani & Sacramentarij ab Ecclesiæ decretis abierunt, non potest dici quam miserè alteri alteros proscindant. Vide quid Lutherus in Zuinglianos, & hij in illum expuant. Hæreseos crimen sibi mutuo impingere uulgatissimum est, ut quid igitur contemptis diuinis & cælestibus doctoribus, audirem hæreticos? Ite iam, si placet, in castra Lutheranorum uel Sacramentariorum, qui & Ecclesiam persequuntur, & Patrum scripta deprauant, & sibi met ipsis non constant. I A C O B V S. Ut uideo capra gladium inuenit, Adeam ne Zuinglianos? I O A N. Lutherus te uocabit hæreticum & Phanaticum. I A C. Cedam ne in castra Lutheri? I O A N. Nihilo mitius à Zuinglianis audies. I A C O. Quid si ad uos me receperim, nunquid & sic Hæreticus audiam? I O A N. Verum, sed ab Hæreticis: I A C O. Ergo Lutherus tibi uidetur hæreticus? I O A N. Zuinglius mihi testis est. I A C O. Quid Zuinglius. I O. Idem quod Lutherus, ipso Luthero testifi-

DIALOGORVM

cante ad Io. N. Typographum. IACO. Dic
itaque quid facto opus? IOAN. Fugito ita-
que quam ocyslime, ad partes Catholicor-
um, quibus nihil prorsus opus est, qui mor-
tem Domini, iuxta Pauli doctrinam, annun-
ciabunt, donec uenturus est in gloria patris
sui. Quod si quid reliquum est, in quo mea o-
pera tibi opus est, effare. Expediemus et illud.

IACOBVS. De Missæ negotio, & de
ueritate corporis Christi in Eucharistia iam
satis auditum est, nec est cur dubites me
quicquam aliter sentire, quam Ecclesia sentit,
in hijs qui absoluimus. Video tamen aliud, in
quo mihi hactenus à nemine est satisfactum.

*De utraq;
specie San-
cra. ad
ministran-
da.*

IOAN. Quid illud. IACO. Cupio edo-
ceri quo nam consilio Laicis Eucharistia sub
una tantum specie exhiberi inceptum sit,
quum constet nostris Euangelistis, commu-
nionem sub utraq; specie, à Christo esse institu-
tā & à Paulo Apostolo Corinthijs traditam,
et ab omnibus deinde priscis doctoribus, tam
Græcis quam Latinis ad años circiter mille &
ducentos obseruatam. IO. Quid Euangelistis
tuis constet nescio, hoc aut scio, nemini (quod
equidem sciam) hactenus compertum esse,
quando uel ubi, uel à quibus mos ille uetus
immutatus fuerit, proinde in hac re tutius &
cōsultius uidetur obtemperare humiliter, quā
contendere impudenter. Quod si me hic audie-
re nolueris, audj uel Lutherum, cuius impulsu
ab Eca

ab Ecclesie decretis declinasti. Non dixi (inquit
 in declaratiōe Eucharistię) neq; Consului, neq;
 est intentio mea, ut unus aut aliquot Episcopi
 propria authoritate incipiant alicui utranq;
 speciem porrigere, nisi ita constitueretur, ac
 mandaretur in Concilio generali. Et in Asser-
 tionibus ait: Neutra species, sed sola fides ad
 salutem necessaria est. Adde hñs, quod & Ec-
 cius animaduertit, quod non nisi seinel men-
 tio sit sanguinis in Euangelio Ioannis, his scilicet
 uerbis: Nisi manducaueritis carnē filij ho-
 minis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis
 uitā in uobis. Et continenter sequitur: Qui
 manducat hunc panem, uiuet in eternum. IA.
 Nihil hic moramur caput Ioannis sextum,
 quod manifestum est ad Eucharistiam non
 pertinere. IOAN. Quis eius rei testis? IA.
 Luth, in noui Testamenti annotationibus. I-
 nibi enim contendit cap. illud Ioannis non lo-
 qui de coena Domini, sed de fide, qua credi-
 mus Christum deum & hominem pro nobis
 suum sanguinem fudisse. Id ipsum contendit
 Oecolampadius de uerbis cene dominicę. Id
 ipsum & Zuinglius in lib. de uera & falsa reli-
 gione. IO. Hñs omnibus ego opponā Patres
 omnes, Cyrillū, Hylariū, Chrysoptomū, Aug.
 Theophylactum et reliquos. Et (placet enim
 ex illorum quoq; grege adducere testes) Mar-
 tinus Bucerus à nobis stat, qui in Apologia
 sua multis argumentis conatur persuadere.

Articulo.

16.

Caput Io.

6^o an ad

Euchari-

stiam etc.

BUCERUS.

DIALOGORVM

Lutherus

Oecolam.

Zuingli.

caput illud ad Eucharistiam pertinere. Adde huic Lutherum, qui in uisitacione Saxonica oculatior factus, testatur. Ioan. 6. Probari sub utraq; specie Eucharistiam sumendam esse. Et Oecolampad. & Zuingli. nusquam non obijciunt illud: Caro non prodest quicq; ex eodem cap. Quid igitur opus longe petitis testimonijs? Sed ne te perplexum reddam, paucissimis absoluemus, quod de utraq; Sacramenti specie institueramus. Non est cuiusuis fingere leges uel refingere, quemadmodum Lutherus ipse testatur: nec temere Ecclesia alicuius erroris insimulanda est. Minus periculosum fuerit nos nostram fateri ignorantiam, quam Ecclesie calumniari institutum, et huic denegare inobedientiam. Malum per se non est, utraq; speciem sumere, nã hoc ipsum Sacerdotes quotidie faciunt. Nec impium est unam speciem sumere, nam et sacerdotes, extra sacrũ, unica solũ specie cõtenti sunt. Nec minus est sub una specie, quã duabus, & tantũ fructus capiẽ de una specie, quantum de altera, quod etiam Martinus Lutherus, in Libelli de Missa priuata Apologia, satis confirmat. Qua in Apologia docet (ut & hoc obiter admoneam) abunde contra Sacramentariorum errorem, non minus ab impio manducari uerum Corpus Christi, sub speciebus panis & uini, quã a pio licet non pari fine. IACO. Profecto nostri Euangelistæ nihil magis urgent, atq; utramq; sacras

sacramenti speciem populo exhibendam esse,
 nec alia re magis speciosum sibi pollicentur
 triumphum. Cui enim deberet uideri leuicula
 res Christi immutare institutum. IOAN. *Nota con*
 Polliceantur sibi, si uelint uel aureos montes, *tra Zuin*
 aut Arabum Gazas, quid ad nos? Sed dicam *glianos.*
 & aliud, quo tibi tandem satis fiat. Si sacramen-
 tarij recte sentiunt de Cœna Domini, non ui-
 deo in quo Ecclesiam accusare possint, quum
 & ipsa hæctenus nemini inuidit uinum ex au-
 reo calice potare. Si quid ergo peccatum est,
 uerbo, non factum peccatum est. Nec Zuinglia-
 ni hæctenus plus præstant Laicis, quam Ec-
 clesia. Hæc admisit Laicos ad potum calicis,
 admonens tamẽ, in calice non contineri Chris-
 ti sanguinem: idẽ faciunt Sacramentarij. Lu-
 therani, Lutheri sui præmissum agnoscant cõ-
 silium. Nouerint item nulla scripturæ autho-
 ritate doceri posse, hominem necessario teneri
 ad utrãq; speciem Sacramenti sumendum. Et
 quod ego tibi iam dico, Lutherus uester iam
 olim ad Boemos scripsit. Nec est ut quisquam
 hic uel Christi uel Pauli præceptum (nusquã
 enim tale præceptum est) uelit prætere-
 dere. Sed pñ hoc in negotio non facile mouebunt
 ullam Tragœdiam, impijs & cõtētiosis nemo
 satis faciet. Quid enim uspiam in Ecclesia est,
 quod non calumniatur tui? De Missa ne uer-
 bulum addam. Eucharistiæ negotium absol-
 uimus. Quantum momenti habeat, quod de
 F s utraq;

DIALOGORVM

*Imagines,
Diuorum*

utraq; specie Sacramēti adferunt & exagitat.
 auditum est. De Imaginibus Christi, & Diuorū
 rum, pro scelus, quales tumultus uidimus et
 audiuimus? Sic tumultuantur, ut nec Luthe-
 ro probari possint, ideo opinor te in Imaginū
 negotio nihil à nobis dissentire, quandoquidē
 & in proximo colloquio audisti, quam frigida
 sint & inualida, quæ tui contra Imagines
 adducunt. IACOB. Quid tu æstimes, nescio,
 ego certe hanc Idololatriam, quæ circa Imas-
 gines committitur, non possum dissimulari,
 immo non possum non ex animo detesta-
 ri. Nec uolo hic mihi præiudicent Patres, uel
 Ecclesiæ consuetudo. Sancta Biblia apperte
 docent, quæ in uniuersum de Imaginibus sen-
 tienda sint, quæ docenda, quæ credenda. Quid
 enim apertum magis dici potest contra Diuo-
 rum, & Christi Imagines, quam illud, Exodi.
 20. Non facies tibi sculptile, neque omnem
 similitudinem quæ est in cœlo desuper, & quæ
 in terra deorsum, neque eorum quæ sunt in æ-
 quis sub terra. Similia habes in multis alijs
 Bibliorum locis. Et Rex Ezechias confregit
 serpentem æneum, quem iussu Domini fecer-
 rat Moses. 4. Reg. 18. IACO. Non semel pro-
 bauimus Scripturæ uim consistere, in intelli-
 gendo, non in legendo. Nihil negamus illo-
 rum, quæ à te ex Biblijs adducta sunt: sed qua-
 ratione dicta sint, non oscitanter inuestiganda
 est. Si enim hoc agitur in loco à te adduc-
 to, quod

Sto, quod tui somniant, qui consistet, aut
 quomodo à reprehensione tutus erit etiam
 ipse Deus, quum sepe præcepit, & quarundam
 etiam rerum Imagines fieri præscripsit? An
 ne existimatis Legem non fuisse intellectam à
 sapientissimo Salomone qui non dubitavit,
 non unius rei tantum similitudinem in tem-
 plo ponere? Quid si omnes allegationes,
 (sicut Hæzerus plures collegit) ex ue-
 teri Testamento contra Imagines adductas
 unico uerbo rejicerem, dicens: illa non
 Christianis, sed Iudæis tantum carnalibus
 dicta? Hæc obijcienti mihi, profecto Lu-
 therus patrocinator. Ut quid non & illud
 legitis? Altare de terra facietis mihi &c.
 Quod si altare lapideum feceris mihi, non
 ædificabis illud de sectis lapidibus &c. Non
 ascendas per gradus ad altare. Cur non
 illa producitis & affertis omnia inquam?
 Eisdem enim dicta sunt, quibus sculptu-
 ra inhibita sunt. An ne etiam lege cau-
 tum erat, ne quis erigeret in lignem lapis-
 dem: Sed Iosua in Sychem, subter quere-
 cum erexit lapidem non quidem adorand-
 di animo, sed ut esset lapis testimoni-
 Omnes igitur Scripturæ, quæ aduersus
 Imagines producuntur, si non corticem sed
 nucleum inspexeris, hoc uolunt, ut prohibe-
 ant Idololatriam. IACOB. Sic nostri
 Evangelistæ

DIALOGORVM

Euangelistę nō loquuntur de Imaginibus, sed
 Idololatriā uocāt, & abominaciones, uoluntq;
 Decalogū a nobis ad amissim obseruādū esse.
IO. Mirū est, mi Iacobe, quod tui Euāgelistę
 tāto delectū mādata Dei urgere solent. Quod
 in Euangelio legunt, Bibite ex eo omnes: dñ
 boni, quam diligenter plebi inculcant: Quod
 uero legunt, mandatum nouum do uobis, ut
 diligatis inuicem: raro eis in mentem uenit.
 Sic quod ad Imagines adinet, diligenter al-
 legant illud de non fabricandis suptilibus. Ac
 interim contra sextum, nonum, & decimum
 precepta, grauiter belligerantur, ut nemo nō
 intelligat quo tendant. Sed quid opus est mul-
 tis uerbis? Tui Euāgelistę satis referunt in
 hoc ingenium progenitorum suorum, nimis
 leuissimorum hominum, ut fuerunt, qui
 a Sebastiano Franck enumerantur: Almariz-
 ci, Albigenes, Flagellatores, Vualdenses, Bes-
 sariāni, & qui Felicianam Hæresim profite-
 bantur. Quid porro Seuerus et Leo tertius au-
 si fuerint, & quo fructu Ecclesię, nemo nes-
 cit. **IA CO.** Odi Hæreticorum colluuiem.
 Sed nō defuisse scis, qui scripturę loca de Ima-
 ginibus non aliter interpretati sunt, atque nos-
 tri Euangelistę. **IOAN.** Scio, non defuerūt,
 sed quales, ipse iam accepisti. Ex sanctis porro
 Patribus, ostendas mihi uelim, unum aut alte-
 rum, qui nostras obseruaciones circa Imagines
 impugnerit, Pugna inter, D. Hierony.

& Dormitantium nemini non nota est. IAC.
Quid audio. An ne satis probatum est à Zuin-
glio, Bucero, & Bullingero, Sanctos patres
unanimitèr, quod illi docent, docere? IOAN.
An probatum sit à tuis nescio, hoc autem ue-
rè scio, Diuorum Imagines nihil repugnare sa-
cris literis, nihil S. Patribus, nihil tandem Lu-
thero, & Buccro & Rhegio. IACOB, Profer
igitur in medium quæ habes. Aut, si placet,
ego producam unum aut alterum ex patribus,
qui Imagines non ferendas putant. IOAN.
Placet optio, Sed tu si quid præsidij habes, iu-
be in aciem prodire. IACO. H. Bullingerus
in Rom. Cap. 1. adducit Athanasium, ut ad-
uersarium eorum, quos non pudet Imagini-
bus patrocinari. Huius sancti uerba sic ponit.
Philosophi gentium, & qui apud eos eruditi
dicuntur, cum urgeri à nobis ceperint non ne-
gant hominum, & mutorum animalium for-
mas atq; effigies esse, qui apud eos uidentur
Dij. Verum hanc adferunt rationem, idcirco
se eas Imagines fingere, ut per ea sibi Deus re-
spondeat, et reueletur; nõ posse enim inuisibile
aliter cognosci, quã per huiusmodi signa, atq;
teletas. Alij sapientiora his, & altiora se dice-
re arbitrantur, aiunt, Ideo hæc fingi atq; for-
mari, ut per ea cælestes inuocentur, & appa-
reant Angeli atq; uirtutes, sicq; apparentes,
ueram illis Dei insinuent notionem. Esse enim
ea hominibus ueluti literas, quæ relegendas
possint

DIALOGORVM

possint per eam, quæ ex illis insinuatur, cælestium Spirituum reuelationem, & Dei intelligentiam consequi. Hæc & nonnulla alia eius modi adducit Bullingerus ex Athanasio. Deinde committit hunc cum Gregorio Magno, qui scriptum reliquit. Quod legentibus est scriptura, hoc idiotis præstat pictura. Hisq; sibi Bullingerus non in gloriam pollicetur uictoriam. IOAN. Quid sibi uel uictoriæ uel præmij polliceatur Bullingerus, ex hoc Athanasij testimonio, ipse uiderit. Athanasium si quis cum iudicio legerit, æquusq; interpret fuerit, inueniet quod callide Bullingerus distulauit. Sed ne æquo longior sim, ipse Titulus operis testatur quid uelit Athanasius. Scribit aduersus gentes, non aduersus Christianos. Ergo aduersus gentium idola, non aduersus Christianorum Imagines. Huius rei testimonium habes, quod Diuus ille addit De Mercurio, De Leone, qui apud Aegyptios pro Deo colebatur. Nec prætereundum silentio, quod Athanasius identidem cultui sculptilium, adorationem annectit: atqui nos Christiani non adoramus Imagines, nec uolumus ut Deus per illas nobis respõdeat. Cæterum Bullingerus tuus committit Athanasium cum Gregorio. Ego committam Athanasium cum Athanasio, qui idem alibi scribit miraculum, quod factum est in Beritho cum Imagine Crucifixi, fuerat hæc crux Sancti Nicodemii

demi. Nec legimus uirum sanctum Athana-
 sium aliquid derogare Imagini Christi. IAC.
 Esto sanè Athanasium hæc habere, sed quid
 ad autoritatē Eusebij respondebis, qui docet
 Epiphaniū dixisse. Contra autoritatē Scri-
 pturarum, & contra religionē nostrā esse Ima-
 ginū usum, cuius rei argumentū est, quod uelū
 templi, Imaginē depictam habens, uel tolli uel
 scindi iusserit. Nam & hæc Bullingerus alle-
 gat. IOA. Noui hoc scriptū esse, & à multis le-
 gi, sed citra Catholicorū præiudiciū, Et Bu-
 cerus eundē locum ostentat. Omnes enim qui
 bellū mouent Imaginibus, Epiphaniū exem-
 plum prætendunt. Utinā S. Patres ubiq; tan-
 tæ autoritatis essent apud tuos, quātæ est uni-
 cus ille Epiphanius in hoc negotio. Porro
 utcumq; tergiversentur tui, non possunt nega-
 re, quin ab Apostolorum temporibus usq; in
 hanc nostram ætatem semper aliquis Imaginū
 usus fuerit Christianis. Nam & Eusebius, non
 semel meminit Imaginū Christi Petri & Pau-
 li. &c. Ad argumentum ab exemplo Epipha-
 niū sumptum iam olim Ambrosius Pelargus,
 uir insignitè doctus, non indocte, & probabi-
 liter respondit, & hæctenus diuersum nemo
 probauit. Apud Chrysost. Aug. Ambrosiū,
 uel Hierony. non legimus quicquam contra
 Imaginum usum: nec opinor unum & so-
 lum Epiphaniū, etiam si maxime uera sint
 quæ de eo prædicantur, toti ordini Catholi-
 corum

DIALOGORVM.

eorum præiudicare posse. Ego non uideo quos modo Epiphanius illa uel dicere uel facere potuerit, quum dubium non sit, sua ætate iam uisum Imaginum in Ecclesijs Christi obtinuisse. Certe. D. Chryso. in Missa sua meminit Imaginis Crucifixi. Et D. Damascenus lib. 4. cap. 17. non pauca pro nobis habet, quæ non recenseo. IAC. Et tu allegas patres, & eosdem nostri Euangelistæ; sed nostris in hoc negotio plus fidei tribuo, quam tuis Papistis, qui aliàs solent è scripturis sanctis Cæreum (ut uulgo dicitur) nasum facere. IO AN. Si nostri nihil apud te ualent, saltem patiare tuos magistros, Lutherum, Rhegiũ, Bucerum, te docere quid in negotio Imaginum tibi sentiendum sit. IACO. Hoc facile apud me impetraueris. IO AN. Principio igitur te nõ lateat uelim, quod Lutherus ipse peculiarem libellum ædedit ante multos annos contra Iconomachos, cui & deinde addidit secundum quasi Apologeticum, omnia autem lingua uulgata: & hoc negotium tam dextrè tractauit, ut hætenus uix inuenerit secundum. In sermonibus porro popularibus uehementissimus Iconomachorum inuenitur obiurgator, maxime autem scribens in Euāgelium Dominicæ à Trinitate. s. Et sermone de inuentione Crucis. Adde quod uix alia in re magis sibi constet Vertumnus ille, quam in propugnandis Imaginibus. IACO. An ne tu legisti quæ super hac re Conradus

Lutherus
defensor
Imaginiũ.

Rifs

Riff. ad Pomeranum scripsit, non uno modo Lutherum execrans? IO. Legi. Sed præstat au-
 dire Vrbanum Rhëgium, qui docturus, quo-
 modo caute de Imaginibus loquendum, sic ait
 Scriptura Leuitici uicesimo sexto, prohibet
 fieri imagines, sed addit notanter, ut adoremus
 eas, Tales igitur Imagines haberi in Ecclesia
 non debent, ut adorentur. Sed Imagines Chri-
 sti, Beatæ uirginis, Patriarcharum, Prophetarum,
 Apostolorum memoriale, licite habere
 possumus. Ad hoc enim profunt, ut nos mon-
 neant, ut dum intueor Imaginem Crucifixi,
 aut Christi resurgentis, statim reuocentur mi-
 hi in memoriam saluifica mors Christi, &
 gloriosa eius resurrectio: quarum rerum me-
 moria certe & utilis est & necessaria. Et post
 allegationem Gregorij Magni, subiungit Re-
 gius: Nullum igitur mandatum est in nouo Nota.
 Testamento de imaginibus tollendis, sed eis
 uti possumus ex libertate Christiana: tantum
 caueatur abusus. Nam si alicubi esset Imago,
 ad quam rude & superstitiosum uulgus accu-
 reret, & eam ueneraretur, & apud eam auxi-
 lium quæreret, hanc debet certè magistratus
 eius loci tollere, ne idololatria committatur,
 &c. Hactenus Rhëgius, quem uides à Catho-
 licis nihil dissentire. I A C O. Quid Bucerus
 interim. I O A N. Quæ in Romanis habet
 pro negotio Imaginum, plura sunt quàm ut
 hic referri possint. Porro in cōmentarijs, quos
 G uere

DIALOGORVM

Nec Bucer
ero per
omnia im
probantur
imagines.

tere Felinus in Psalmos omnes scripsit, sunt
que huc adducere nō grauabor, Post istas pro
lixam in imagines disputationem (ad finem
Psal. 115) annectit, ut est homo Columbinus.
Hęc non scribo, inquit, quod putem nulla ra-
tione posse Imaginibus uti Christianos, sed
quod uelim sic ulum earū attemperatū, ne qd
glorię dei, & ædificationi Ecclesię derogaretur.
Haftenus ille. I A. Quin & tu non omni-
no Columbinus es, qui quod sequitur non re-
censes. An ne hoc etiā continenter inibi sequi-
tur? Nemo est, inquit Bucerus, cordatorū ho-
minū, qui hodie non querat, magnā circa hęc
superstitionem regnare, sumptuosq; multos fieri,
quos longe præstiterat fieri in esurientem,
sitientem, nudum, peregrinum, infirmum, &
captiuum Christum. Haftenus ille. I O. Hic
nō prodigamus uerba, Breuiter dicimus, neq;
nobis probari, si neglectis pauperibus, super-
stitiosiores quidam sint in colendis Diuis.
Sed uideant uestri, ne, dum pauperes obten-
dunt, Iudæ exemplo, crumenę suę potius,
quam aliorum inopię consultum ire per-
gant, neq; enim suspitione caret, quod quoties
sere clamant, istiusmodi sumptus rectius collo-
cari in pauperes, primas sibi inter pauperes tri-
buunt. Scio in Templis non quaslibet habenda
imagines absq; discrimine. Nolim negle-
ctis pauperibus, immodice exornari statuas,
sed in his uel extruendis, uel exornandis adhi-
beri

beri modum cupiam. Quod si tui tantum ha-
 beris curā pauperū, cur non potius adhortan-
 tur Matronas illas superbas, ut uenditis corq-
 bus, et annulis, pauperum subleuent inopiā?
 Si item usq; adeo execrantur Idololatriam, ut
 quid primum impetum faciunt in aureas, atq;
 argenteas, & non potius in lapideas, & ligne-
 as statuas? Aut cur non exterminant à cor-
 dibus suis auariciam, quæ Apostolo teste,
 Idololatria est? IACOBVS. Tu nimium
 stomacharis in nostros Euangelistas, qua-
 si non possit subsistere religio Christiana,
 nisi existentibus Diuorum imaginibus. IO-
 ANNES. Hoc paradoxum ex me hæte-
 nus non audisti, sat scio, Impudentia est illud
 uel cogitare. Sed in hoc rei cardo uertitur, ue-
 strorum multi Diuorum imagines tanquam
 impias, & sacris literis aduersas, reijciunt, &
 abominantur. Si quis nostrum dixerit illas
 ad salutem necessarias ita, ut citra illas ne-
 mo salutem consequi possit, hunc ego non
 excusauerim. Sed hæc mea, imò Catholicor-
 rum sententia est, Imagines simpliciter, ni-
 hil uel pietatis, uel impietatis habere, & à Deo
 neq; præceptas, neq; prohibitas. Rudi autem,
 & indoctæ plebeculæ non parū utiles esse, qd
 neq; Lutherus, neq; Rhegius, neq; Bucerus
 negat. Temerarius igitur temerator est, qui
 se proterue Ecclesiæ opponit. Morbo me-
 dicus constituendus, & abusui modus

DIALOGORVM

adhibendus est, non prorumpendum in excel-
 sum. Multa sunt in Christiano orbe Tempora
 etiam antiquitate sola ueneranda, in quibus ra-
 ra est Imaginum pictura. Et multi cæci sunt,
 quos tamen nemo à salute uel à fide alie-
 nos dicit, etiamsi Imagines nec habeant, nec
 uideant. Multi uetustas & laceras Imagines
 igni tradiderunt ante Lutheranismum, quos
 nemo calumniatur: Lignum lignum est, &
 lapis lapis, quocumque tandem loco ponas-
 tua. Iam Epilogum audi. Cui persuasum est,
 ut Erasmus pie monet, Diuorum Imagina-
 nibus, quoniam nihil sentiunt, nihil ha-
 bendum honoris, fruatur suo sensu, ne ta-
 men obstrepat ihs, qui citra superstitionem
 sic uenerantur Imagines, eorum amore, quos
 repræsentant: quemadmodum noua nupta,
 sponsi absentis amore, exosculatur annu-
 lum aut strophium ab illo relictum aut mis-
 sum. Hic affectus deo non potest non esse
 se gratus, qui non est superstitione, sed ex
 abundantia quadam amoris proficiscitur.
 Illud citra noxam omnibus potest inculca-
 ri, Diuos ac Diuas optime coli, imitando
 uitam illorum. I A C O B V S. Qui pro
 Christo Barrabam sibi dimitti postulant, hoc
 est, non charitatem proximi, sed tumultum
 spirant, hi olim suo maximo malo dabunt
 pœnas. Abusum nemo sanæ mentis pro-
 bat. Nolo iam referre superstitiones stul-
 tarum

rarum muliercularum, quæ nesciunt, quo
 eadem modo satis honorificè tractare possint
 reliquias mortuorum, ne mortuum scilicet
 cadauer offendatur. Sed hæc mihi uidetur
 magis necessaria disputatio de inuocatione
 Diuorum, & horum pro nobis apud Deum
 intercessione. Multi enim multa super hoc
 negotio dicunt. IOANNE S. Sapis tu *Diuorum*
 quidem, mi frater, qui parce loqueris de *reliquiæ.*
 ueneratione Sanctarum reliquiarum. Quod
 si contentiosius repugnare parasses, nihilo-
 mitius ex me audisses quam Vigilantius à
 Diuo Hieronymo. In hac enim arena iam
 olim strenue prostrauit Diuus Hierony-
 mus Vigilantium. Nec me laret, quid su-
 per hac re Bullingerus candidus ille uir,
 scripserit, Huic Hieronymus hæreticus est,
 Vigilantius porro, nescio quibus nomini-
 bus uenerabilis. Non sunt crede mihi, non
 sunt uilia cadauera hæc, sed spiritus sancti
 organa. Umbra D. Petri in pretio erat, &
 D. Pauli sudariola. Ossibus istorum & alio-
 rum Christi amatorum iam nihil denegatum
 esse arbitramur. Superuacaneum est hæc ad-
 monere, quæ uera esse totus Christianus orbis
 clamat Negotium hoc à D. Chrysostomo,
 Augustino, et Hieronymo abunde tractatum
 est. Nolumus hic respondere impie stulto, uel
 stulte impio. I A. Transeant hæc. Sed num
 intactam relinquemus Diuorum intercessio-
 nem,

DIALOGORVM

Diuorum inuocatio & intercessio. nem, siue etiam inuocationem. I O. Ergo Diuorum intercessio tibi uidetur res, pro qua merito digladiandum sit? I A C. Quid ni? Quis enim non uidet, oues Christi palantes, & ut Zuinglius ait, errabundas in montibus, colibus, & campis, pascua, id est, consolationem quærentes, & non inuenientes? Nam Pastores earum inuidi, & negligentes, eas ab ostio, quod Christus est, per quem unicum uia, & aditus ad uitam patet, auocauerunt, hoc est non prædicauerunt eis salutem per unicum Christum, & quod in nullo alio nomine, quam Iesu oporteat saluos fieri. Hinc factum est, ut, desperata salute, dicerent. Heu nos miseros, & perditos homines, quomodo nos tot onusti sceleribus, et flagitijs Deum accederemus? Cæperunt ergo Patronos, & Intercessores uarios quærere, quum sibi aditum ad Deum uiderent preclusum, unicum aduocatū, et intercessorem Christum, unicum sponsorem, immò pignus, & pretium salutis, ignorantes quod, ui tam certo omnium peccata in se tulit, is idem & pro eis satisfecit. Docuerunt idem impij illi mercenarij, Diuos, ac cœlites multa habere merita apud Deum, adeo, ut etiam nobis de his imitari ualeant: Deinde eos Deo gratiores esse, quam nos. Hinc fieri, ut pro nobis quoque orent, nostrasq; preces Deo offerant: Eos esse ueluti patronos nostros, qui citius à deo, quàm nos,

Zuinglij querela.

20.

nos, exaudiantur. Demum in tantam demen- ^{Mendac}
 tiam sunt prolapsi, ut assererent neminem om- ^{cium, &}
 nino posse alia uia ad Deum uenire, quam san- ^{calumnia.}
 ctorum patrociniis, et intercessione. Hęc quam
 exdiametro cum canonicis literis pugnent,
 quis non uidet? IO. Noui fortissimi illius mi-
 litis fortitudinem, et mendacia. Noui homi-
 nis temeritatem, quam ipse inibi agnoscit di-
 cens: Scio inquit quorūdam in me odiū, quod
 propter hanc rem natū est, quod minus ceteris
 Diuorū intercessioni tribuam, imō prius hanc
 exploserim, Sed uenio ad tuam, seu uerius ad
 Zuinglij hypocriticam, & mendacijs plenam
 querimoniam. Quis, rogo, quis occlusit ouia
 culis Christi aditum ad regnum cœlorū? Quis
 negauit Christum esse omnium electorū redem-
 ptorem? Dic, dein, utrū tutius sit homines crua-
 dire, ut cū timore, et tremore suā salutem ope-
 rentur, an ut laxatis habenis in omne nephas
 proruant? Si iam Diuorū merita nō nisi ipsis
 profunt, quo tendit illud, quod toties legimus.
 Protegam ciuitatem istam propter me, et pro-
 pter David Seruum meū? Et Daniel clamat:
 Neq; auferas misericordiam tuam à nobis, p- ^{Es4.37.}
 pter Abraham dilectū tuū. Postremo dic, an ^{Dan. 3.}
 omnino deliratū sit, si quis dixerit: Diuos iam
 uita fūctos, Deo esse gratiores nobis, quemad-
 modum et perfectiores nobis sunt? Postremū,
 quod Zuinglius dicit, impudentiss. mendaciū
 um est, in odium Catholicorum confictum.

DIALOGORVM

Quis enim unquam tam impudens fuit, qui
 diceret nemini omnino patere aditu ad reg-
 num cœlorum, nisi per inuocationem & in-
 tercessionem Diuorum? I A. Vt cunq; tergiuer-
 seris, certum est uos nimium tribuisse Sanctis,
 & Deos & Deas ex his fecisse, et adhuc facere.
 Et ut intelligas quid uelim, Quis uere pius nō
 ægre ferat quod Mariam, alias nunquam satis
 laudatam uirginem, nunc uocatis, Reginā cœ-
 li, nunc Vitam nostram, dulcedinem nostram
 spem nostram, &c. An ne multo rectius pro-
 pheta: In te Domine speraui. In Dño sperabo.
 Qui confidunt in Dño etc. I O. Quis uere pius
 æquo animo ferat ea quę uos quasi per con-
 temptū de Diua uirgine, & diuis reliquis scri-
 bitis? Nō opinor Catholicos Diuis plusquam
 par est, attribuere uel attribuisse unq; Super-
 stitiones quorundam, pñ nō excusant. Quod
 autem ex Ecclesiastica cantione in medium
 adducis, facillime excusari poterit. I A. Qua
 ratione? I O. Ea nimirum ratione, quia præ-
 fati Tituli, de his prædicatis, ut uocant, non
 sunt, quæ Deo sic conueniunt, ut nulli crea-
 turæ sint cōmunicabiles, cuiusmodi est omni-
 potentia, infinitas, æternitas, & similia. Et si
 quid Diuis ascribitur, ut Sasgerus ait, non
 ascribitur eis, primo et principaliter, sed secun-
 dario & consequenter, et hoc modo catholici
 sua dicta uolūt intelligi. Et sacra scriptura, at-
 tribuere solet sanctis uiris eiusmodi attributa.

Sic

Sic Esaias quosdam uocat misericordię uiros.
 Idem inuenire est apud Ecclesiasticū Cap. 44.
 Salomon quoq; in prouerbijis. Fili mi custodi
 legem meam, atque consilium meum, & erit
 uita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. Quid
 referā D. Paulum ad Philipp. dicentem. Itaq; *Philip. 4.*
 fratres mei Charissimi & desyderatiss. gau- *1. Thess.*
 dium meum, & Corona mea. Et ad Thessa- *2.*
 lonicen. Quæ est enim nostra spes aut gaudi-
 um, aut corona glorię: nonne uos ante domi-
 num nostrum Iesum Christum. His probè cō-
 sideratis, non uideo in quo Catholici peccent.
 IACO. Si hoc sensu diuos laudatis, utcunq;
 ferendum foret. Sed quid iuuat tam multis
 tueri inuocationem Diuorum, quæ in scriptu-
 ris neque exemplum neq; præceptum habet.
 IOAN. Immo quid iuuat impugnare, quod
 nulli apici in sacris literis repugnat, quod uni-
 uersalis Ecclesia seruat, quod sancti patres cō-
 mendant, quod deniq; à solis hæreticis impu-
 gnatum esse constat. IACO. Hoc nimirum
 legisti ubi ceruī cornua ponunt. Si scripturis
 sacris inuocatio Sanctorum non contradice-
 ret, non haberent nostri quod obijcerent. Sed
 tota scriptura manifestè reclamatione, ut Zuingl.
 scribit, ne aliò quam ad creatorē adcurramus, *Arti 20.*
 ne quoquo modo nobis Deum effingamus,
 ne creatura nobis Dei loco colatur & adore-
 tur, sed commendat nobis unicum Mediatorē
 uerum, unicum aduocatum, qui est uia, ueritas et
 uita

DIALOGORVM

uita, solus conciliator, & intercessor, per quem
 omnia impetramus à Deo. In nomine ipsius
 dabit omnia pater. Si unus mediator, unus ad
 uocatus, qui clamat, Venite ad me omnes, qui
 laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos:
 quid opus est alienis patronis? quid opus alijs
 intercessoribus? IOAN. Pari ratione ego sic
 Dialecticor. Si nemo bonus, nisi unus Deus,
 quomodo bonus homo, de bono thesauro
 cordis sui profert bona? Quid si obijcerem,
 quod apud Ioannem est. Et non dico uobis,
 quod ego rogaturus sim patrem pro uobis.
 Ipse enim pater amat uos, quia uos me ama-
 stis. Quod si Christus iuxta humanitatem
 assumptam, mediator noster est, quid prohibe-
 bet membris licere, quod capiti licet: Secun-
 dum ergo eam naturam mediator noster est,
 iuxta quam & frater noster est: In hunc certè
 modum argumentatur alibi Oecolampadi-
 us. Breuiter fatemur Christum mediato-
 rem redemptionis, Diuos autem mediatores
 intercessionis. Huc pertinet, quod Apostolus
 de membrorum interse mutua charitate, & so-
 licitudine alibi scribit. Quod si exemplum in-
 uocationis requiras, non unum tantum tibi
 ostendere possem. An non clarum est, quod
 supra ex Daniele adduximus in hæc uerba.
 Ne quæsumus tradas nos, ait Azarias in per-
 petuum propter nomen tuum, & ne dissipes
 testamentum tuum, neque auferas misericor-
 dian

*In Chry-
 sosto. Iu-
 uentinum*

Dan. 3.

diam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. IACOB. Hæc uerba, si Zuinglio credimus, in canone Bibliorum non habentur. Solus Deus inuocandus est, admonendus uero amicitia erga suos. IOAN. Quid, rogo, aliud facit Ecclesia, cum admonet Christum promissi, quo Apostolis dixit: Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit uobis. Nisi uelit Cogelius ille promissionem hanc non ultra presentis uitæ Periodum extendi. Sed accipe aliud testimonium, quod apud Baruch legimus. Domine Deus omnipotens, audi nunc orationem mortuorum Israel, & filiorum ipsorum, &c. IACOB. Ad hoc testimonium respondeo, cum Zuinglio, Baruch, extra Canonem Hæbræorum esse. Nos autem non recipimus, nisi eos Libros, quos apud ueteres Ecclesiæ auctoritas inter Canonicos sanxit, & recenset, adeo ut Iudæi tales ex Deo traditos, & inspiratos agnoscant. Nihil igitur uerba Baruch ad nos. IOAN. Ecclesia illa, quæ tuis præscripsit Canonem librorum Bibliorum, eadem te docet Diuos pro nobis intercedere: Aut igitur totam illius auctoritatem agnosce, aut totam nega. Quod si nulli libri recipiendi sunt, nisi qui Iudæis

DIALOGORVM

Iudæis probantur, quorsum igitur cum Noui
 Testamenti libris? Sed quid ad illud Testimo-
 nium dices, quod in Apocalypsi legimus de
 phialis aureis, quæ plenæ precationibus san-
 ctorum describuntur. IACO. Apocalypseos
 liber, ut Zuinglius ait, teste Hieronymo à ue-
 teribus inter Canonicos libros non est nume-
 ratus. Præterea à nullo doctorum Euangelistæ
 Ioanni, sed alij cuidam Ephesiorum Episco-
 po adscribitur. IOAN. Opinor Hieronymum
 non rectè à Zuinglio intellectum. Et certum
 est Zuinglium mentitum cum dicit, Apoca-
 lypseos librum à nullo Doctorum Ioanni
 Euangelistæ adscriptum. Certe Diuus Tertul-
 lianus libro. 4. aduersus Martionem fatetur
 Ioannis Euangelistæ esse. Possèm & alios no-
 minare, sed indignus est Cogelius, cuius men-
 dacijs respondeatur. Quid item multis scriptu-
 ris opus? Quid multis opus argumentis? Si
 Zuinglius tibi probatur, amplectere & Vigi-
 lantium; quem Diuus Hieronymus pro di-
 gnitate tractauit ante multos annos. IACO.
 Hieronymi contentio (pace eius dixerim) ni-
 hil probat, ut Zuinglius ait. Cuius scripta de
 hac re, nec Zuinglio, nec Bullingero per om-
 nia satisfaciunt. IOAN. Hac itaque ratione
 neque Scripturis sanctis, nec. S. Patrum testi-
 monijs tibi satis fiet? IACOB. Vtrisque mihi
 patiar satisfieri, modo tu scripturas uel Pa-
 tres rectè intelligas. IOAN. Nimum altè-
 cando

cando, ut ille ait, ueritas amittitur: nolo itaq̃
multa uerba hic facere. Si ostendero optimos
Patres credidisse, & docuisse, quod nos doce-
mus & credimus: Si probauero tuos idē senti-
re, quod nos sentimus, an nē contemptis Zui-
ngianis, ad nos confugies? IACO. Et quidem
lubentissime. IOAN. Audi itaq̃ unum atq̃
alterum: Ioannes ille uerē Chrystostomus Ho-
me. in Iuuentinum, asserit Diuos, qui hinc emi-
grarunt patrocinari nobis, & nos inuitat, ut
illos sep̃e inuisamus, illorum tumulos adore-
mus. Diuus Ambrosius in Natali. S. Aduen-
tici, Octauij, & Solutoris, ait: Nam licet uni-
uersi sancti ubique sint, & omnibus prosint,
specialiter tamen illi pro nobis interueniunt,
qui & supplicia pertulere pro nobis. Augu-
stinum iam audi, ut in ore duorum uel trium
testium consistat omne uerbum. Hic de spiri-
tu, & anima Cap. 59. ait. Vos igitur qui me-
ruistis consortes fieri supernorum ciuium, &
perfrui æternæ claritatis gloria, orate pro me
ad Dominum, ut educat me de isto carcere, in
quo teneor captiuus & ligatus. Sed iam ope-
re precium arbitramur, & tuos Euangelistas
audire, quorum discordem concordiam dili-
genter obserua. IACOB. Perge ut cæpisti.
IOAN. Audi itaque principio Lutherum,
Pro aduocata, Dei Genitricem non agnosce-
mus, ait: pro deprecatrice autem, eam libenter
habebimus, uti & alios sanctos. Et in responsi-
one

DIALOGORVM

sione ad condemnationem Louaniensium. Nō
 autem negaui unq̄, inquit, nos meritis, & prez
 cibus sanctorum, quantumlibet imperfectis,
 iuuari, quod subdole mihi inurere conantur
 miseri homines. Huius porro alumnus Phi-
 lipp. Melanch. Sic scriptū reliquit. De sanctis
 & si concedimus, quod sicut uiui orāt pro Ec-
 clesia uniuersa in genere, tamen si testimoniū
 nullum de mortuis orantibus extat, præter il-
 lud somnium sumptū ex libro Machabæorū
 posteriore. Porro ut maximè orant sancti pro
 Ecclesia, tamen non sequitur, quod sint inuo-
 candi. I. A. Hic, ut audio, intercessionē utcūq̄
 probat, sed inuocationē porro negat. I. O. A.
 Nodum in Scyrpo quærit. Tu igitur iam aus-
 di Oecolampadium affirmantem quod Mel-
 lanchthon negauit. Ioannes Oecolampad. in
 Tomo. 6. operum Chrysofomi Pag. 243. de
 patrociniis sanctorum annotaturus sic scribit.
 Sancti in cœlis sua charitate flagrantes, non
 desinunt pro nobis intercedere. Quid igitur
 mali, si hoc petamus fieri, quod credimus De-
 um uelle, etiamsi nihil tale præceperit? Quid
 mali, si & commendemus Patrocinia sancto-
 rum, modo id circumspecte, oppo- tunc, &
 modicè fiat, pro auditorum qualitate. Id quod
 agit Chrysofomus, & Nazianzenus quoq̄
 in laudibus Cypriani: & obseruant hoc fers-
 mē omnes Ecclesiæ tam Orientis, quam Occi-
 dentis. Hactenus Oecolampadius, qui &
 multa

multa eius generis non frigide tractat. IAC.
 Non existimo Oecolampadium hoc uulgo
 prædicasse, nec credo aliquè Oecolampadia-
 nū persuasum habere, quod ille tale quid unquā
 scripserit. Sed habes nè etiā sententiā Buceri.
 IOAN. Habeo. nam & hic (non penitus ab
 Oecolampadio recedens scribit) Si quis per-
 pensa infinita illa dei in sanctos indulgentia,
 & facilitate, & simul illorum in nos miseros
 adhuc cōseruos suos, & commembra charita-
 te, animi ardore huc prorumpat, ut illos ceu
 præsentēs præsens appellet, proque se interce-
 dere ad Deum roget: id licet in nulla scriptura
 doceatur, si sic tamen fiat, nulli damnamus.
 Hactenus ille ad Episcopum Abrincensem:
 An igitur tu plura doctrinæ nostræ petis testi-
 monia? Catholici à nobis stant: & Lutherana
 sex nostra confirmat. IACOB. Cum sceno-
 re pollicitis stetisti, post hac non patiar diuer-
 sa obtrudentem. IOAN. Sic itaque & hoc
 negotium absoluemus. Obseruandum ue-
 nit Inuocationem, uel Intercessionem Diuo-
 rum, nec esse impiam, nec absolute necessariam,
 sed adiaphoram. Ex audimur citra inter-
 cessores, & exaudimur per intercessores.
 Huius rei mihi testis sit Diuus Chryosto,
 qui utrunque apertissime docet. Non opus tibi
 patronis, inquit, apud Deum, nequid multo

DIALOGORVM

multo discursu ut blandiare alijs. Sed licet solus sis, patronoq; careas, & per te ipsum Desideris. Haecenus Chrysostr. de profectu Euangelij. Audis itaq; inuocationem sanctorum, non esse necessariam. Porro ne quis hic hæreat, & putet impiam (quod quidam male feriat homines hinc concludere uolunt) audi & aliud ex eodem Chrysostr. Quando quid ex nobis est simul offerimus, & accedit intercessio sanctorum, plurimum nobis confert. Quod si ipsi negligentes fuerimus, & spem in illis solum collocamus nostræ salutis, nihil amplius prodest, non quod infirmi sunt iusti, sed quia propter nostram desidiam nos ipsos perdimus. Haecenus ille in Cap. 19. Gene. Home. 43. Idem scribit in Cap. Matth. 15. quod nolunt uidere qui nobis gemmam Sophisticatam pro Vniuersu uendunt. Iam igitur, mi Iacobe, si placebit, receptui canam, neque sinam hanc confabulationem, sua prolixitate, tibi tedium generare.

IACO. Quæ ad Diuorum & intercessionem, & inuocationem spectant, oppido diligenter expedita sunt, ut non cupiam quicquam deus mi uel addi. Neq; tamen audes inficiari, quin in hoc negotio, plurimum aberratum sit a plurimis, conuiuentibus ad id ihs quorum Deus uenter est. **IOA.** Quid? An ne tibi satisfactum dixisti? ut quid rursus uulnus consolidatum refricas? **IACO.** Nihil hic refrico, nullas excito

cito tragœdias, sed unico uerbo uolui indicare Papistras nō nihil in causa fuisse, quo minus nostri abstinerūt à Diuorum negotio, quod ipse, scio, tergiuersari non poteris. I O. Fateor in Imaginum usu non leuiter esse erratum, maxime in eo, quod Diuorum quorundam Imagines potius Martes et Veneres representant, quam Petros uel Magdalenas. In cultu item peccatū est, quod nemo pius negabit. Quid? Tumultuabimur ergo? Omnes Imagines in cineres redigemus? Eos item qui pie nō utuntur, calumniabimur? Minime gentium. Nam si Imaginum odium, pios facit, quid Iuliano apostata sanctius? Quid Turcis religiosius esse possit? Hi enim, hoc quod Lutherus ipse contra Iconoclastas scribit, nec uiuis nec lapideis Templis parcere solent. Quod de Imaginum usu dico, de intercessione & inuocatione negare non possum. Quis enim ferat illos prepostere religiosos, qui non pietatem, sed corporis tantum fortunam à Diuis ambiunt? Multi magis timent incendium Anthonio sacrum, quam Gehennæ ignem Diabolo & angelis eius paratum. I A. Quomodo igitur ista omnia possent integritati restitui? I O. Rogas? Minimi laboris opus erit, ad hoc incendium restinguendum, quandoquidem Bucerus, Rhegius, & Lutherus, iam inceperunt melius sapere. Hoc unicum iam superest, ut uestri apud simpliciores uerum imaginum usum ex

H ponant

DIALOGORVM

ponant: & magis sumptuosas superbarū Ma-
 tronarum uestes, quā honestū templorū cula-
 tū proscindant, Possit adhuc mundus, duplo
 plures mēdicos, quā uspiā sūt, alere, solūmodo
 ex superbię instrumentis, ut non necesse foret
 templa spoliare. Sed desino hāc mouere came-
 rinā. Crambe bis posita mors. IA. Sapis pfe-
 cto, q̄ hanc cantilenā finieris, alias tibi ob. ecif-
 sē longe atrociora, nimirū p festuca trabē. IO
 Hic mos est uester, ut argumentis destituti, ad
 conuicia curratis. Sed si qd habes, audacter es-
 loquere. IA. Accipe igitur. Tu ingenue fateris
 plurimū aberratū in negotio Diuorū: uestri ta-
 men sacerdotes interim nō cessant in auricula-
 ri illa, & fictitia confessione ad errores illos ad-
 hortari simplices, et idiotas. Quā diu ferre cog-
 gimur impiā illā cōfessionis legē, et crudelem
 conscientiarū carnificinā? IO. Ad hec respon-
 derē, si mihi cōstaret de tua sentētia sup̄ confes-
 sione, neq; fictitia, neq; e mentita, neq; impia,
 sed uere catholica. Sed puto te candidius senti-
 re de Ecclesiastica illa, et multis nominibus ne-
 cessaria medicina. IA. Qui possem candidius
 sentire de re tā friuola? Confessio em̄, si Luthes-
 ro credimus, illa auricularis, est eiusmodi, quo
 parū possimus cōmodare pximo: et nullo mo-
 do p̄cepta est, aut necessaria seruari: Et qui
 ex p̄cepto confitetur, duxeritq; necessariū esse
 corā Deo, hic denuo Christū abnegando res-
 puit. Haectenq; ille ad Eslingenses Obsop̄o in
 terpres

Confessio
 Sacramen-
 talis.

terprete. IO. Si hoc Lut. rupte, nō restaurate religionis uestre Antesignanus dicit, mirum est. Certe huius discipulo P. Mel. aliter scribit, Sed audi huius ipsissima uerba: Absolutio priuata sic necessaria est, ut Baptismus. Tamen enim audias Euangelium cōmuniter uniuersę Ecclesię prædicari, tñ tum demum certus es id ad te pprie pertinere, quum tu priuatim ac proprie absolueris. Hactenus Phi. in locorum cōmuniū priori editiōe, Ar. de priuata cōfessiōe. Quod si hic parū infans Rhetor, tibi, qđ docet, persuadere nō potest, obijciā Lutherū Luthero. Multas et præclaras res, ait, in se completur auricularis illa confessio. Primum absolutionem quā uocant, qua proximus uice Dei ab omnibus peccatis immunem et liberum te esse pronunciat, quod perinde ualet, ac si Deum ipsum nos absoluentem audiremus. Deinde etiam utilis pro simplicium puerorum animis informandis. Hæc Luth. in sermo de Euch. I A. Valeat uertiginosus ille spiritus, qui ex eodem ore frigidum & calidum spirat. Recte Zuinglius alibi dicit: Lutherum nōnullos propugnare articulos, qui cucullam adhuc respiciant. IOAN. Zuinglius & Nec hic multum à nobis dissidet. Scribit enim Articulus. in hæc uerba: Confessio quæ sacerdoti, aut proximo fit, non pro remissione peccatorum, sed pro consultatione haberi debet. Hactenus Cogelius, qui cōfessionē alio quidē no-

DIALOGORVM

mine uendit, sed impiam esse nō pronūciat.
 Quid prohibet et Melanchthonē audire? Hic
 enim in postrema Locorum communium ex-
 ditione, fateretur cōfessionem non necessariam,
 nec iure diuino mandatam enumerationem
 peccatorum. Sed addit. Tamen prodest ipsam
 in Ecclesia retinere, primū propter absolutio-
 nem, deinde etiam propter disciplinam. Quia
 per eam occasionem, indocti, audiri, & com-
 modius institui de tota doctrina possunt. Et
 indecorum est, inquit, inexploratos accedere
 ad communionem, sed tamen scire oportet,
 conscientias non esse onerandas enumeratio-
 ne delictorum, etc. Haftenus Melanchthō. Ea-
 dem serē Bucerus tum in commentarijs super
 Math. in 3. capite, tum etiam in Cathedris
 mo Germanico, ubi triplicem facit confessio-
 nem. Primam, qua coram Deo nos peccato-
 res ex animo agnoscimus. Alteram, cum in-
 terna illa peccatorum coram Deo agnitio, cō-
 pellit eadem & hominibus fateri. Tertiam, pri-
 uatam uocat, qua uel tui uel proximi causa,
 commissum aliquod tuū, aut affectum fratri
 cuiquam priuatim confiteris. Haftenus ille.
 Post traductos abusus (qui in confessionē ir-
 repserunt, uel præsulum negligentia, uel cons-
 fessorum auaritia) continenter subdit Felinus
 ille. Quod autem Sacerdotibus præcipue con-
 fitendum ueteres censuerunt, causa fuit, quod
 horum sit alijs ad docendum, monendum, &
 cons-

solandum esse instructiores. His continuo
 annectit calumnias in clerum. Dein, ne non
 uideatur solus sapere, etiam suis progenitori-
 bus Lutheris & Philippis negotium facessit,
 his uerbis: Sunt uero & ex nostris, inquit,
 qui plus satis secretariæ confessioni uidentur
 tribuere, affirmantes singularem energiam
 habere, si priuatim quis Euangelion audiat,
 & sese pronunciarum absolutum &c. Quin tu
 Iacobe dormitas? Expergiscere: Ante te piget
 aures tuas Euangelistis tuis locare? IACO.
 Quem non pigeret, o bone, puderetq; tam le-
 uissimorum hominum, qui simul sorbere &
 flare consueuerunt. IOAN. Subiungam igitur,
 ut recreare, alium uenerabilem Euangelis-
 tam, qui fortassis tibi minus notus est, quam
 quos haectenus enumerauimus. IA. Quis ille
 est. IO. Ioannes Caluinus Episcopus (sic enim
 gaudent uocari) Geneuensis, cuius extat Insti-
 tutio, sicut ipse appellat, Catholica. IA. Obscu-
 rus adhuc est ille Episcopus. Sed tu illius sen-
 tentiam de confessione recitabis. IO. Miror,
 inquit, qua fronte ausint contendere, confes-
 sionem auricularem, iuris esse diuini, cuius equidẽ
 uetustissimũ esse usum fatemur, sed quẽ facile
 euincere possumus olim liberũ. Dein, postquã
 spermologus ille multa blatterauit ponit tri-
 plicẽ confessionem. Vnã, quẽ Deo fit, et duas
 priuatas. Postremo bono illi uiro, cõfessio Ec-
 clestię est res pestilẽs, et multis nominib; Eccle-

DIALOGORVM

siæ noxia: semel enim ille statuit Zuinglij salu-
 uã nõ dediscere. Sed ualeat Calvinus. Præstat
 enim audire Urbanum Rhegiũ, qui se in mes-
 dio gradientẽ tutiorem existimat. Hic fatetur
 confessionẽ illam semper fuisse in Ecclesia, sed
 per homines quædam inutilia (sic enim ille lo-
 quitur) & periculosa addita esse. Deinde sub-
 iungit: Confiteri ergo Christianus debet &
 Deo semper, & sæpe ministro uerbi, ad mini-
 mum, quũ ad mensam Domini accessurus est,
 ut audiat uerbum Christi ex ore ministri, qui
 per os ministri nos absoluit à peccatis nostris:
 nam Christus dedit clauas regni cœlorum Ec-
 clesiæ suæ &c. I. A. O miseris mortales, immo
 ò pestilentiss. pastores, qui altera manu osten-
 tant panem, quod dicis, altera celant lapidem.
 Si non aliud habent, quod de Confessione di-
 cant, cur tã miris modis ipsam traduxerunt?
 Si semper in Ecclesia fuit cõfessio, non uideo,
 quomodo his cũ Ecclesia conueniat, qui tam
 dira in confessionẽ dixerunt. Sed fortassis il-
 lam carnificinam animarũ rursus instituent.
 I. O. Fortassis: imò iam instituta est, hac solum
 conditione addita, ne quis cogatur omnia pec-
 cata confitendo enumerare. Delicta enim (in-
 quiũt) quis intelligit? En qd hætenus Christi
 Ecclesiã celauerit. O felicissima feliciorẽ Ec-
 clesiã, quæ tales ac tantos in his postremis tem-
 poribus meruit habere Pastores. Quis unquã
 audiuit Pontificios confessores hominem ab-
 soluisse, qui nõ confessus fuerit, etiã ea peccata

que enumerando cetera, non occurrebant: Cui
 unquam, obsecro, uel preter opinionem excidit,
 ut diceret, & ea peccata nobis esse dimissa, que
 uel scientes uel ignorantes admiserimus: In tem-
 pore igitur uenerunt Lutherani, qui docerent
 Ecclesiam, gallinam ouo priorē fuisse. I. A. Pos-
 teras id negotij breuioribus absoluisse, nec erat
 locus nostris sic illudere, quos ita excusamus,
 quod confessionem quasi lepra exitiali infectā
 aboleuerint, ut confessionem puram et profusa
 cuā instituerent. Et, me Hercle, nemo sanioris
 iudicij inficias ibit, quin multum peccatū fue-
 rit in negotio confessionis, a uentribus aliq̄t,
 hoc est, a questuosis confessoribus, q̄ confitens
 tes pecunia quidē absolutos, sed alijs nemis sa-
 tis onustos a se dimiserunt. Huic iniungebāt
 certas preculas, illi ieiuniorū dies aliq̄t, alij dis-
 xerunt: tu ne uescitor hoc uel illo tēpore, liqui-
 dis, tu abstineto a carnibus, et huiusmodi multa
 iniunxerūt, quibus et Christi satisfactio cassare-
 tur, & Christiani rursus Iudaizarēt. Non pos-
 tes diffiteri, quin satisfactioes illę, & delectus
 ciborū, non parū nocuerint Christianorū li-
 bertati, nec parū preiudicarint Christi morti et
 passioni. I. O. De confessione abunde tractaui-
 mus, et tu iam aliā de satisfactionibus et ciborū
 delectu exuscitas tragædiam: De satisfactio-
 nibus statim me expediam. Vix enim uideo
 aliquid in his a uestris immutatum, nisi so-
 lum Satisfactionis nomen. Sic enim loquitur

DIALOGORVM

Melanchthon, qui unus & solus uidetur iam suum uindicare Lutherum. Sentiendū, inquit, est tota nostra pœnitentia, ac debitis operibus mitigari pœnas temporales. Et post pauca. Hęc exercitia maxime et requirenda, et prestāda sunt, idq; hoc fine, nō ut sint pretia pro preteritis delictis, sed ut carnem coherceant, ut in posterum minus peccet: Hactenus Philippus in postrema Locorum cōmunium ædicatione, Pag. 131. Cui facile donemus suas īterpretationes, modo ipse donet pœnitentię opera. Accipe quę Calvinus Zuinglij sectator scripsit: nā & ille docet Ecclesiā, hoc est, Sus Mineruā. Duo esse diuini iudiciū genera: Vnū uindictę, alterū castigatiōis, Rursū hoc patris, illud esse iudiciū. Et non ita multo post dicit, se non reluctari, quin castigatio huiusmodi delictorū, punitio dici possit. Postremo, uocarunt, inquit, ueteres ut plurimum satisfactionem, non compensationē, q̄ Deo redderēt, sed publicā testificationem, qua, qui excōmunicatione mulctati fuerant, cum in communionem recipi uellent, Ecclesiā reddebāt de sua pœnitentia certiorē etc. Hactenus ille in Institutione sua, Pag. 351. & Pag. 354. I. A. Audio quid Philippus et Calvinus super satisfactione dixerint. Sed tu, quid Zuinglius ipse sentiat, iam ex me audies. Respondemus illis, inquit, utcunque his usi sunt ueteres, peccatum tamen tollere non potuerunt. Dein, nemo unquam tam antiquus fuit, tam

tamq̄ uetustus, ut bonum facere possit, quod
 à Deo non uenerit. Si omnino ueteribus, à
 fide deficientes punire collibuit, merito excō-
 municatione sua usi essent, quemadmodum
 Paulus scortatorem apud Corinthios punit.
 IOAN. Sed nos, cum Bucero, eam agnosci-
 mus esse domini in suos dignationē, ut hi ueris
 animi planctibus, & carnis suæ castigationi-
 bus, sanctis precibus, eleemosynis, & id genus
 alijs religiosis actionibus, eluere ualeant, quæ
 cum ipsi, tum pro quibus apud dominum in-
 tercedunt, mala meriti sunt. Quod Achab re-
 gi alioqui impio sua qualis qualis pœnitent-
 iæ humiliatio profuit, scriptura testatur: Iam
 nec frustra fuit, quem sibi Diuus Paulus luctū
 indixit pro ijs, qui cum peccassent, nullam ege-
 rant pœnitentiam. Omnem tamen hanc uim,
 uel propria, uel aliena peccata, per opera pœni-
 tentiæ eluendi, sola niti misericordia Domini
 & merito Christi, ut credimus, ita testamur.
 Hactenus Bucerus ad Episcopum Abrincens-
 sem, Similia ferè in Apologia cōfessionis Ar-
 gent. Articulo octauo habet. IACOB. Quid
 rogo, opus est me ieiunare, orare, corpus affli-
 gere, operibus bonis occupari? Nonne Chris-
 tus pro me plenissime satis fecit? Si satis pro
 me fecit Christus, nemini quicquā debeo. IO.
 Verum est frater mi, Christus & iustitiæ Des-
 rigorosæ, ut aiunt, & legi satisfacit plenissime,
 & inestimabile pretiū persoluit, pro delendis

DIALOGORVM

9. *Rhe.*

peccatis nostris, sed nemo fit particeps illius
 stum. Et qui credunt in Christum, proculdu-
 bio oderunt peccatum, pro quo expiando tā
 preciosam uictimam offerri oportebat, & ina-
 nocenter uiuere incipiunt. Qui autem in pec-
 catis manent, nec pœnitent, illi non credunt
 filium Dei pro peccatis nostris mortuum esse.
 Ideo inter Ethnicos sunt numerādi, de satisfac-
 tione Christi, nec possunt nec debent gloria-
 ri. Hactenus hæc ex Urbano Rhegio. Nec Lu-
 therus in sua uisitacione probat quorundam
 prædicatorū negligentiam, qui de pœnitentia
 ne Gry quidē, quod dicitur. Tu igitur fac me-
 mineris, ut in nouitate uitæ ambules, ueterem
 hominem cum actibus suis exuas, quocunq;
 tandē nomine uestri pœnitentię opera dignēs-
 tur. IAC. Fateor ego ipse cū eodem Rhegio,
 quod quidam non satis cautē de satisfactione
 loquuntur, unde rudis populus existimat se, a
 bonorū operū exercitio, & crucis tollerantia
 planē solutū, esse. Sed ego nunq̄ fui in ea opi-
 nione, ut mihi displicuerint orationes, eleemo-
 syne, uel ieiunia: sed quod Papisæ nos cum de-
 lectu ciborū quasi Iudaizare cogit, hoc nō fe-
 rendū existimauerim. Quis enim nesciat, quā
 Paulo cordi fuerit Iudaismum illum eradicā-
 re radicitus & abolere? IOAN. Quisquis mo-
 derata amat ieiunia, Christianorū laudat ab-
 stinentiā, & huic, nō uideo, quomodo ciborū
 delectus

*Dilectus
 Ciborum.*

delectus displicere possit. Cum in hac re, neq̄
 Iudaismus, neq̄ Paganismus neq̄ Heresis tan-
 dem ab Ecclesiasticis cōmitatur. IAC. Et no-
 stri iam contendunt ieiunia moderata Chri-
 stianorum, debere uitio uerti: sed Ciborū de-
 lectum nusquam admittunt, nec temerè. Quis
 enim nesciat Christum dixisse, hominem non
 inquinari eo quod intrat in os. Cui non de-
 cantatissimum est, quod apud Paulum legi-
 mus: Omnia munda mundis: & illud, Omne
 quod uenit in macello, edite &c. IOAN.
 Præpostero ordine ad singula respōdebimus.
 Quicquid uel ex Euangelio, uel ex Epistolis
 D. Pauli uestri allegant contra ciborum dele-
 ctum, nihil traditionibus Ecclesiasticis repu-
 gnat. Immo multo magis impugnat uestra
 dogmata, quum uestrorum temeraria libertas
 tot offendicula in Christi excitarit Ecclesia.
 Verum nolo hic multis interpretari dicta &
 facta Christi uel Apostolorum, quoniam in
 his nulla certe uictoria: sicut nō semel, tamen
 in superioribus ostensum est. Longe alia tra-
 ctat in Epistolis suis Apostolus, quam uestri
 somniant. Quicquid de delectu ciborum apud
 Paulum legimus, aut contra Iudæos, aut con-
 tra Hæreticos, qui bonas Dei creaturas ca-
 lumniabantur, aut contra Neophytos tan-
 dem, qui sua libertate proximum offende-
 bant, interpretandum est. Iudicium pe-
 nes pios esto. Deinde quod de moderatis
 ieiunijs

DIALOGORVM

ieiunijs dicis, nō me clam est, uestrorū aliquod
sobrietatem, pro ieiunijs ostentare, id quod
etiam Bucerus impugnat. Sed huius uerba fa-
cient tibi fidem. Male docent, inquit, qui præ-
dicant Christianorum ieiunia, esse perpetuam
uitæ frugalitatem, & temperantiam. Ieiunia
enim peculiare, & temperarium aliquid sunt.
Hæc Bucerus in cap. Math. 6. Postremo non
caret peculiari quadam ratione, quod Euan-
gelistæ uestri in omnibus articulis, quos hæ-
ctenus contulimus, mirè discordāt, in hoc uni-
co maximè conueniunt, quod quidem Apo-
stolicum esse, quis negabit? Apostoli siquis-
dem primum omnium in concilio Hierosoly-
mitano interdixerunt Idolothytes, suffocatis
& sanguine. Vestri autem primum omnium,
hominibus liberum fecerunt uesci quibusli-
bet, nec immeritò. Si enim gula paradiso ex-
pulis prothoplastos, dignum est ut gula hu-
manum genus restituat. **IACO.** Ironias tuas
nouī, iocos falsos intelligo, sed nihilominus
non possum satis mirari, quomodo Paulus ni-
hil dixerit contra Papisticas leges, & quomo-
do uestri alia possint commendare ieiunia, præ-
ter perpetuam uitæ sobrietatem. Quanculum
enim pietati addidit hæctenus tam seuerum
præscriptorum ieiuniorum præceptum? Vita
nostra si perpetua est abstinentia, quid opus
habet præscriptis, certisue diebus. **IOAN.** Et
ego ipse non possum satis mirari, quæ uestros
rum

rum sit stulta stupiditas, qui perpetuam pre-
tendentes sobrietatem, ne per quadraginta
quidem dies à certis cibis abstinere pollunt. *Nota,*

Cæterum quantum ad indictiones ieiuniorū
adtrinet, audi rursus Bucerum. Quicquid. S.

Patres tradiderūt, inquit, ad id tradiderunt, ut
meliores inde fierent, qui Christo nomen de-
derunt. Et non multo post, Christiani, qui stu-
det fieri omnia omnibus, semper fuerit Eccle-
siae uoluntatem multo maximi sacere. Quare
cum hæc ieiunia indicit, quocunq; animo is

fit, cum * nunquam fit petente sanctifica-
ri nomen domini in se, tum in alijs, nullo ne-
gotio se quoq; ad ieiunandum precandum =

que excitabit. Nec minus in his feruebit, atq;
si ipse sibi illa præscripsisset, immo Ecclesie ius-
dicium, nunquam suo non præferat, plus adeo
in supplicationibus indictis ab Ecclesia, quā
quas ipse sibi statuerit, religiosus erit. Hacten-
us Bucerus in Psalm. 35. IACO. Bucerus :

Quar hæc igitur non principio docuit? IOA.

Aut mihi habebis fidē, aut probabis Bucerū
non esse felinum. Certe non omnibus persua-
sum est Ecclesiam Argentinē. probare, quæ

Bucerus in Psalmos & Apologia Confessio-
nis suæ docet. In hac Apologia aperte pro-
nunciat eum peccare in Deum, qui statutos iei-
uniorū dies neglexerit. Et Urbanus Rhegia-
us non omnino male docet, quomodo caute

de ieiunio loquēdum sit, Breuiter nihil est cō-
trouerſiæ

lit.

* for. nū
quam nō
lit.

DIALOGORVM

trouerſiæ in hoc negotio, niſi quod ueſtros prædet mutare, qđ ſemel temerè cōſtituerūt, et qđ noſtri abuſum etiã agnitum mordicus retinere uolunt. Sed ego ſic defendã Eccleſiæ uſum, ut ex animo cupiã obſeruari quod illa præcripſit. Eccleſia enim delectũ ciborũ præſcripſit, luxũ peſſimè odit. Ad ſinẽ itaq; huius negotij, cū Bucero admono, ut diſcamus ex iunctione Domini in domo Simonis, nihil dammare, quod ulla ratione bonũ eſſe queat. A corde, nõ externis circumſtantijs bona opera æſtimãda ſũt. Et que præcepta, aut opa, aut leges, a nobis exigũtur in uſum et rẽ pximi, ut Lutherus ad Eſlingẽſes dicit, hæc probata eſſe nõ dubitet, hæc facere cogimur. IA. Si in hũc modũ ſe res habet, quid rixamur tã diu de lana caprina? Et ſi Pontificiorũ ieiunia in uſum et rẽ proximi faciũt, ut iuxta canones Lutheri & Buceri limitari poſſint, ſalua res eſt. Sed nõ eſt ut de ieiunijs multis diſputemus. Multi. n. mirantur quõ Põtificij, p ieiunijs ſicut p aris et focis, pugnant, cū haectenus ſic ieiunijs ſe ipſos caſtrigauerint, ut que uetri proxima ſunt, egregiẽ ſuo officio ſuncta fuerint. Sunt quibus perſuaſum eſt, in hoc negotio, illos nihil ex animo dicere. Si enim ieiunijs ueſtris, conſultũ putatis, ſi delectus ciborũ in hoc inſtitutus eſt, ut caro aſſicta ſpiritu ſubiiciatur etiam nolens, mirum eſt, quod harum rerum apud ueſtros, tam rara cernuntur exempla. Vix enim pro Saꝛifico

erifico habetur, qui non elegans Scortum, im-
 mo uile prostibulum domi alit. Et interim ta-
 men, quod minus ferendum fuerat, Coniugia
 nostrorum Euangelistarum, nesciunt quomo-
 do satis crudeliter insectentur, quibus nomi-
 nibus uulgo exosa reddant. Quis porrò iam
 dubitat Matrimonium longe præstare scorta-
 tionis? Sed quid ego Christum cum Beliale
 confero? Matrimonium diuinitus institutum
 est, scortatio Cacodemonē agnoscit parentē.
 O cæcos homines. IOA. Multa tu quidē hic
 cōgeris, et ueriora quā uelim, Prædicāt quidā
 ex nostris de ieiunijs, quæ et miris modis extol-
 lūt, sed ne minimo quidē digitulo mouēt. Est
 tamē, aliquis ad pietatē gradus, pietatē nō dā-
 nare, quātūuis tu impius sis, et aliquātulū pro-
 secit, qui quæ religionis sunt amat. Hoc igitur
 interest inter Lutheranū, et Pōtificiū, quod hic
 laudat ieiunia, ille si nō cōtēnit, certē nō magnū
 facit, neuter tamē comittit, ut stomachus fame
 cōpulsus, stomacherur. Ceterū quod ad impu-
 rū quorundā sacerdotū nostrorū cēlibatū ad-
 tinet, utinā possem cū ueritate negare. Ego no-
 lim illos excusare. Iā dāt, et olim dabūt, suæ im-
 pudētis pœnas. Porrò, & si nostros sacerdotes
 excusare nequeo, tamen non is sum, qui uelim
 aut possim uestrorum Euāgelistarum scorta-
 tiones probare. In nullo siquidem differunt
 à Pontificijs, quam quod speciosa nomina
 culpæ imponunt. Coniugium ne putas
 ait illa, Stultra, ne quid durius dicam, quæstio

DIALOGORVM

est. Præstet ne cōiugium Scortatione: Sed hoc
 quæri conueniebat, coniugium ne sit, quod il-
 li tam egregiè uenditant pro coniugio: Illud
 non rapitur in cōtrouersiam, sed de proximo
 non frustranea est quæstio. IACO. Qui non
 possit esse coniugium: Papæ: Quorsum raper-
 ris: Nonne apud Apostolum legisti, Episco-
 pum oportet esse irreprehensibilē, unius uxo-
 ris uirum: Et Melius est nubere quam uri. Dii
 uestros perdant, si tam claris uerbis D. Pauli
 derogant fidem. IOAN. Paulinis uerbis ne-
 mo repugnabit sciens (de Catholicis loquor)
 sed tu memineris uelim quid Oecolampadius
 Luthero (in altera sua Germanica respōsione)
 obijcit dicens. De intelligentia, nō de Scriptu-
 ra est Hæresis, &c. Si enim scripturis genuinā
 interpretationem non inuidebis, facile appa-
 rebit, quam parū Apostolus Lutheranis pa-
 trocinetur. Si tam necessaria res est, quam ue-
 stri uideri uolunt, mirum, cur non Timo-
 theus uel Titus uxores duxerint. Quid refero
 Titos uel Timotheos: Cur nō Paulus ipse les-
 gittima, uxore tētationes siue stimulos carnis
 repulit: Quid opus erat ter interpellare domi-
 num: Si. Porro non habuit uxorem, quare nō
 unam duxit, maxime in tanta tentatione, ut
 uel exemplis probaret, quod uerbis admonue-
 rat: Hoc sic dictum uelim, quasi uestri Paulū
 recte interpretentur. Sed nolo ego scripturis
 decertare, ne Deuteronomio, Satanas Psalmos
 obijciat

obijciat. I A C O B V S. Quid igitur fiet:
 Qua ratione & hoc absoluemus negotium:
 Est ne dedecorosum (Lutheri uerbis utor)
 uxorem ducere ? Cur non pari datur de-
 decori & probro sumere cibum , & potum,
 cum utrunque iuxta fieri cogat necessitas,
 & Deus utrunque ex æquo imperat ? Hæc
 Lutherus Præposito Lunenburgensi. IOAN-
 NES. Noui Lutheri temeritatem in nego-
 tio Matrimonij , unde facile crediderim hu-
 iusmodi uerba ex ipsius officina prodijisse.
 Quod si Lutherus etiam talia non scripsis-
 set , possem & ego ipse quædam eiusdem no-
 tæ ex Bucero adferre. Sed audiamus & hu-
 ius delicias. Nihil minus , quàm institutum
 nouum Cœlibum , aut uirginum Paulus uos
 luit suo consilio instituere. Id apud Gen-
 tes idololatrias , frequens fuit & laudatum,
 apud Dei uero populum incognitum , & in-
 fame. Ita facile uidetur , cui sit acceptum
 referendum , nimirum Dæmonijs , quorum
 & apud Timotheum doctrinam Paulus tes-
 tatur , nuptijs interdicere. Hactenus ille in
 Cap. Math. 1. Et eadem ferè habet Apolo-
 gia Lutheranorum de coniugio Pag. 53.
 I A C O B V S. Vides ergo iose ex Luthe-
 ri & Buceri uerbis , Euangelistas nostros re-
 cte de Matrimonio sentire , cœlibatum au-
 tem Diabolum referre parentem I O A N-
 NES. Dicant quicquid uelint lasciuu pas-
 seres.

DIALOGORVM

seres, hos enim parum curo. Sed tu non possis
 negare, quin Christus apud Math. coelibatum
 non omnino damnet, utcumq; insaniat Buce-
 rus. An nō ibi legimus tria genera Eunuchor-
 rum; Sunt qui se ipsos castrarunt hoc est (Buz-
 cero interprete) cum mariti esse possent, ultro
 sibi coelibatum delegerunt, idq; propter re-
 gnum caelorum, ut scilicet solius gloriae Dei
 propagandę inseruiant, & nulli peculialiter ad-
 dicti, ministrent ad salutem omnibus, hoc est
 curent quę proprie Domini sunt, ut ipsi se per
 omnia probent, sancti corpori et spiritu, adhe-
 reantq; ei absq; ulla distractiōe, id est, omnino
 specimen quoddā futurę uitę, & cęlestis exhi-
 beant. His demum bonum est, absq; coniuge
 uiuere, quia datū eis, id est, propter regnū cę-
 lorum ita uiuunt. Talē se Paulus. 1. Cor. 7. suis
 se testatur, & ad similitē ibi fœlicitatē ALIOS
QVOQVE HORTATUR, quo minore
 solitudine, eorū quę in mūdo sunt, Domino
 possint adherere, et mundo uere uti, tanquam
 non uterentur. Hęc Bucerus in cap. Math. 19.
 Pag. 154. IA. Si hęc Bucerus scripsit, aut non
 est tenacis memorię homo, aut spiritu uer-
 tiginis agitatur, aut tandem homines alios
 truncos & stipes existimat. Opinor itaq; hęc
 Bucerum non scripsisse. IOANNES. Quali
 scilicet nouum sit Bucerum à semetipso dis-
 sentire, quod apud Lutherum frequentiss-
 mum est. Sed referam etiam Melancthonis
sententia

sententiam in negotio cœlibatus. Qui ad ministeria Ecclesiastica uocantur, inquit, si afficiuntur Ecclesiæ calamitatibus, si oneris sui magnitudinem animo merentur, si cogitantur quam sit difficilis explicatio dogmatum, & gubernatio Ecclesiæ. Hæ curæ ac miseriæ, facile excutient eis cogitationes de matrimonio. Hactenus Philip. satis catholice in postrema Loc. comun. æditione Pag. 98.

I A. Quid? Certe spiritus sanctus non deditur modo Episcopos, quibus nihil debet esse, ut Bucerus ait, absolutius, Maritos habere, sed ferè postulat: nimirum ne calumniæ pateant, unde & uerbum dei contemnatur. I O. Pulchre scilicet. Nam et Christi Apostoli, primum prædicaturi Euangelium, reliquerunt, si quas habuerunt, uxores, quo expeditius uacare possent Euangelio. Quomodo porro uestri uxores relinquere possunt, nisi prius acceperint? Et ille in Euangelio dicebat. Uxorẽ duxi, ideo non possum uenire. Vix autem alius quis ad uestrum Euang. admittitur, nisi uxorem duxerit, si nõ Euangelicam, saltem Apostolicam, Apostolicam uolebam dicere, O tempora, ò mores. I A. Valeant hæc scommata et strophæ. Nostri certe Euangelistæ in hoc cõsentiunt, non esse cõmodũ hominem esse solum, sed opus habere adiutorio. I O. Fateor ingenue, quod omnes in hãc rem cõsentiãt, ut cũq; i alijs res sese habeat. Et laudam bonos

DIALOGORVM

uiros, quod subinde ad tempora innocentiae respiciant, & conentur multiplicare homines, ut eò citius casus perfidorum angelorum reparetur. Nec ignorant, quot hominum milia sub Titulo noui Euangelij, & Christianae libertatis, in tumultu Rustico, perierunt. Laude item digniss. sunt, & merito Pontificijs præferendi, hi siquidem non negant se cum scortis consuetudinem habere, sicque non possunt non offendere proximos. Illi uero in constrinis, in nauibus, in uehiculis, in Oenopolijs denique non cessant plebeculae persuadere, quam auspiciò inierint matrimonia. Sed quid ille? Quas tu putas, non sunt uere nuptiae. **IACOBVS.** Non sunt uerae nuptiae? & tamen in conspectu Ecclesiae omnia fiunt. **IOANNES.** Et Pontificij, quod lugens refero, in conspectu totius Ecclesiae impure uiuunt. Ego quid super hoc negotio sentiam, quam pauciss. absoluiam. Pauli uox est. Fornicarios & adulteros iudicabit Dominus. Viderit ergo clerus, quid respondendum fuerit in tremendo illo iudicij die. Deinde non uideo qua ratione excusari possit, quod uestri Euangelistae, nullo timore, nulloque pudore populo persuadere conantur, unicuique etiam post solenne uotum emissum, licere uxorem ducere. Profecto nullus ueterum Patrum orthodoxorum, quod quidem ego sciam,

Heb. 13.

sciam, hoc admisisset. Legat qui uoluerit periculum facere, uetustissimorum patrum monumenta, & longe alia inueniet, quam uestri solent, non minus stulte, quam temere polliceri. IACOBVS. Quid nobis referat Vota? Vota illa rescindenda sunt, quando quidem ex diametro cum lege Dominica pugnant. Et si Luthero credimus, ex fide esse non possunt. Omne autem, quod non est ex fide, peccatum est. IOANNES. Votorum negotium ne uerbo quidem attingemus. Vota enim pie posse ab hominibus fieri, nemo pius negabit. Vota item præstanda esse, & ratio dicitur, & sacræ literæ iubent. Nec est ut quis hic obijciat stultam quorundam hominum uota. Abusus, etiam in re non admodum graui, ferendus uix est, ne dicam probandus. Bona admittimus, mala reijcimus. Non multo antea accepimus à Luthero & Bucero omnia illa seruanda esse, quæ ulla ratione bona esse queunt, & in usum, & rem proximi faciunt. Coelibatus autem si recte seruetur, non uideo quid Ecclesiæ officere possit. Et Luth. ipse olim in Decalogo suo dicebat: Religiosi grauissime peccant, quando sese consecrauerunt Deo, & sese rursus subtrahunt. Nec est ut quis hinc causetur humanas esse constitutiones, quando quidem uota cælibatus, siue castitatis, non omnino incognita fuerunt primitiue Ecclesiæ.

Votorum
ratio.

DIALOGORVM

*In Math.
cap. 15.*

Quis enim nesciat, non omnes uiduas in collegium uiduarum susceptas, sed eas solum, quibus statutum erat perpetuo coelibem agere uitam. Sed esto, humanae constitutiones nobis hunc amarum calicem propinarunt. Quid tum? Audi Buceri cano- nem. Quaecunque constitutiones ad externam uitam decenter, & cum commodo proximorum degendam, ab hominibus constituuntur, non humanae, sed diuinae traditiones sunt, dimanantes scilicet ex lege Dilectionis, mandatorum Dei capite. **LAB COBVS.** Si ego uelim id negotij pluribus tractare, profecto circulus rediret ad caput, Fatemur quidem omnes ingenue eas traditiones in Ecclesia debere seruari, quae, pietati non aduersantes, ad externam uitam decenter agendam aliquo modo faciunt, sed uestri uolunt iudicare quid iustum quid iniustum. Caeterum si Pontificios siuerimus iudicare, quid putas iudicabunt? De Primatu Pontificis, De Romae Ecclesiae auctoritate, de Missae sacrificio, & quae ad hoc pertinent, de Diuorum reliquijs, & intercessione, de confessione auriculari, de delectu ciborum, de caelibatu Sacerdotum, denique & constitutionibus humanis: Pronunciabunt utique illa omnia esse bona, iusta, pia, in gloriam Dei, & commodum proximi instituta, Haec porro quis aequo animo feret?

feret & Certe nostri longe alia docent. IO-
 ANNES. Doceant uestri quicquid ue-
 lint, satis aperuimus quid illorum testen-
 tur Scripta, utcunque tandem dissimulent.
 Frustraneum fuerit omnia repetere. Satis os-
 tensum est, quam similia doceant: imo existi-
 mo me satis probasse in præmissis articulis,
 catholicos nihil in his, quos nos tractauimus
 articulis docere, quod non possint etiam ad
 uersariorum scriptis confirmare. Hæc si te nõ
 non possunt retinere in gremio sanctæ matris
 Ecclesiæ, uel alia addam, ut possim lucrari
 fratrem. Certe hoc uotum meum est, ut
 quæ officiant pietati, commoda, ut Eras-
 loquitur, & prudenti curatione sanentur, quæ
 pia sunt, in his animo Christiano consentias
 mus, quæ sunt adiaphora, sinamus in his suo
 quemque sensu abundare. Quæ sunt ardua, nec
 adhuc ad plenum discussa, sic in aliud tempus
 prorogentur, ut interim maneat inter sententiã
 discordes, beneuolentiæ concordia, donec &
 illa Deus olim reuelare dignetur. Denique si
 quid irrepsit malorum, fiat quod à peritis me-
 dicis fieri solet, uitia rerum tollantur, non res
 ipsæ. Iam, ut tandem uela colligam, te, mi Cha-
 rist. Iacobe, admonitum uelim, ut serio expen-
 das quæ hæctenus contulimus. Nimirum Ec-
 clesię nostrę fidẽ, consuetudines, & sanctiones,
 tã firmas, tam probatas esse ut aduersariorũ
 etiã calculis sese probatas esse gloriari merito
 possint

Ad Fra-
 tres inf.
 Germanic

DIALOGORVM

possint Tum denique tibi pone ob oculos,
 tam numerosam seriem eruditissimorum ui-
 rorum, quos in hunc usque diem tot seculo-
 rum consensus probauit: quorum plerof-
 que, ut Eras. utar uerbis, præter admirabi-
 lem Sacrarum literarum peritiam, uitæ quo-
 que pietas cõmendat. Quidam etiam doctri-
 næ Christi, quam Scriptis defenderant, san-
 guine suo testimonium reddiderunt. Quod
 si etiam Lutherani quasi ex composito, quic-
 quid est syncerioris Ecclesiæ, impugnarent,
 undique iunctis copijs, quod profecto non
 faciunt (omnes quidem pariter impugnant
 Ecclesiam, sed alter ab altero dissentit, & om-
 nes Schismatici & Hæretici sunt, sed alius
 peior & improbior alio) tu tamen illud res-
 cum expendas uelim, utri plus tribuendum,
 tot eruditorum, tot orthodoxorum, tot San-
 ctorum, tot Martyrum, tot ueterum ac re-
 centium Theologorum, tot Academiarum,
 tot Conciliorum, tot Episcoporum & Pon-
 tificum præiudicijs, an unius aut alterius
 priuato iudicio. IACOB. Ego quidem
 sciens non reluctatus fuero ueritati, nec sic in
 Lutheranorum uerba iuravi, ut non liceat res-
 ferre pedem. Imò ipsorum inconstans, uaria,
 ac dubia doctrina, iam pridem me nutabun-
 dum reddidit, ut facillimū mihi fuerit rursus
 in catholicorum castra concedere. Sed heu do-
 lor, quam diu sinet Christus nauiculam suam
tam

tam periculosis agitari procellis? Cur
 non uno ore omnes clamamus. Domine sal-
 ua nos. perimus. Nisi tu salutem dederis, a-
 ctum fuerit de sponsa tua Ecclesia. IOAN-
 NES. Bono esto animo frater, libet hic occi-
 nere, O passi grauiora, dabit Deus his quo-
 que finem. Nos interim agentes superioris
 uitæ poenitentiam, præparemus nos instan-
 ti regno Dei: grauiores procellas olim &
 tulit, & uicit Ecclesia sub, Arcadio, & The-
 odosij imperatoribus, ut Erasmus anno-
 tauit. Quam immedicabilibus dissidijs tu-
 multuabatur orbis, quum nihil usquam pu-
 rum esset ab Arianis, Origenistis, Donati-
 stis, Circumcellionibus, Martionistis, An-
 thropomorphitis, Pelagianis, quæ pestes
 non uti nunc, intra populares homines
 sese continuerunt, sed ipsos Ecclesiarum
 Antistites implacabilibus odijs committe-
 bant, nec ipsis Imperatorum aulis inta-
 ctis. Habebat Imperator intra eadem mœ-
 nia, immo intra palatij muros, Paga-
 nos, Arianos, Manichæos, & tamen
 authoritate prudentiaque sua, inter tam in-
 conditos rerum motus, publicam tran-
 quillitatem tueri potuit: citra cruentas pu-
 gnas, tot monstris paulatim repurgauit
 orbem. Nequid igitur te moueat, quo-
 rundam præpropera ferocitas, nec te hic rez-
 rum tumultus ita perturbet, ut despon-

DIALOGORVM

deas animum . Sed iacta cor tuum in Do-
minum . Spera in Deum , & fac boni-
tatem , & pascaris in diuitijs eius . Ego
iam diu meditor abitum , tu igitur quæ
hactenus contulimus candidè iudica , ac
in Christo uale , Iacobe Charissime . IACOBVS .
Quæ hactenus pro Ecclesia
Catholica dixisti , amplector obuijs , quod
dicitur ulnis , & in his mihi consensens
dum constitui , nec ab ea doctrina , si Do-
minus mihi adfuerit , ullo tempore
desciscam : interim & tu quam Ca-
tholice ualebis , in eo , qui Ec-
clesiæ nostræ perpetuus
est sponsus .

FINIS.

AD GERMANOS

Votifragis & transfugis monachis seruientes, Ele-

gia Paraneutica


Autore,


C. V.


Quid te seduci pateris Germania? quidnam
 Votifragis præbes credula corda Lupis?
 Sic oblata tuæ grauitatis es inclyta sedes:
 Sic tandem similis desinis esse tui?
 Hactenus omnigenos uicisti fortiter hostes,
 At nunc uotifragi te domuere uiri,
 Votifragi tibi nunc Monachi dominantur inique,
 Quæ quondam nullos es bene passa Duces,
 Progenies Martis nullis superabilis armis
 A profugis Monachis uah superata iaces,
 Quam nunquam potuit prosternere bellica uirtus,
 Prostrauit Monachi subdola lingua nigri,
 Nunc ubi libertas regio liberrima quondam,
 Est tua? quæ Monachi iussa dolosa capis,
 Quæ te iam tandem, quæ te uesania cœpit?
 Votifragis seruum quid iuuat esse lupis?

Ecquid ab his speras doctrina credula sanæ?
Ah nequeunt ipsi se monuisse bene,
Tu ne cucullireos audes præferre Bacardos
Antiquis ueræ religionis auis?
Ah procul à recto seducta uagaris ouili,
Ah miseranda feris es modo præda lupis,
Votifragis tandem monachis Germania pulsis
Maiorum reuoca relligiosa fidem.
Sint pluris tibi maiores pietate uerendi,
Omnes quam monachi, qui sua uota secant.
Ad uerum Christi remea sapienter ouile,
Porrecta Christus te monet ecce manu.

τελ. ①.







100

VISVM MIHI EST,
 uel Philolosophorum, uel hæreticorum
 dogmata diligentius perscrutari, ne ad
 conuincendos eos, si ignorarem quæ a-
 pud ipsos sunt, imparatior inuenirer,
 etc. *Verba Orige. Apud Euseb. lib.*
6. Cap. 15.

Tractatus Hæreticorum lego, et tra-
ditiones eorū perscrutor, etiamsi uidear
ad horam uerbis eorū pollui, sed mul-
tum mihi confert hoc ipsum, quod ex i-
psorum uerbis arguere eos possum etc.
Verba Diony. Alexādrini Episco-
pi: Apud Euseb. lib. 7. cap. 6.

De rebus Humanis tam bene mereri potest, qui pesti-
 feros errores sustulerit, quam qui pie docet, innocens
 terq; uiuere, Orige. in Proemio ad
 uers. Celsum.

F. IOAN. HOFFMEI-
sterus. August. candido le-
tori. S. D.

Quisquis cupis, optime Lector, Hæ-
reticorum ueterum ac nouorum
malas artes, imposturas, & impias mo-
litiones contra Christum, & huius Eccle-
siam compendio quodam cognoscere,
hæc quæ iam auctarij loco Dialogis no-
stris adijcimus, ne graueris legere. Et si
leones istos probe penitusque cognoue-
ris, non ita difficile tibi fuerit & de illo-
rum catulis sententiam ferre. Hæc, ut co-
natum meum intelligeres, breuissimis
tibi exponere, et me, meaque stu-
dia tibi commendare uo-
lui. Vale felix,

HAERES

HAERETI- CORVM, MALAE

artes à S. Patribus exquisitis.

descriptæ & à F. Ioan-

ne Hoffmeistero

collectæ.



SQVE AD TEM- ^{Hereses}
pora illa (in quibus S. ^{quando}
Simeon Hierosolymo = ^{post Chri}
rum Episcopus crucifi = ^{stum asse}
sus est) uirgo munda & ^{ptum mul}
immaculata permanſit ^{tiplicari}
Ecclesia ; corruptoribus ^{ceperunt.}
ueritatis ; & diuini uerbi

temeratoribus, aut nusquam omnino extan-
tibus, aut etiam, si qui forte fuerant, in oculis
& abditis hiatibus terræ delireſcentibus.
Ut uero & Apostolorum chorus, & omnis il-
la eras, quæ à domino susceperat uiuæ uocis
auditum, de hac luce discessit, tum uelut in uas-
eam domum, falsæ doctrinæ impius se error
immerſit, & tanquam ubi nullus iam diuini
census defensor existeret, nudato (ut aiunt)
capite, corripientes arma mendacii, oppugnâ-

Hæreticorum fraudes

re Apostolicâ ueritatem nituntur. Eusebius
ex Egesippo, libro Eccle. Histo. 5. cap. 32.

Heretici
etiam no-
lentes, Ec-
clesiæ pro
sunt.

Diuina prouidentia multos diuersi erroris
hæreticos esse permittit, ut cum insultant nos
bis, & interrogant nos ea quæ nescimus, uel
sic excutiamus pigritiam, & diuinas scriptu-
ras nosse cupiamus &c. Aug. de Genesi con-
tra Manichæos lib. 1. cap. 1.

Hereses
fons.

Superbia omnium hæreticorum mater est:
Aug. de Gene. contra Manichæos lib. 2. cap. 5.
Heresion mater est Principatus cupiditas:
Chryso. Gal. 5.

Hereses
unde.

Neque aliunde hereses obortæ sunt, aut
nata sunt schismata, quam inde, quod la-
cerdoti dei non obtemperatur. Nec unus
in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tem-
pus iudex uice C H R I S T I cogitatur,
cui si secundum magisteria diuina obtem-
peraret fraternitas uniuersa, nemo aduer-
sum sacerdotum collegium quicquam mo-
ueret. Nemo post diuinum iudicium, post
populi suffragium, post Coëpiscoporum cons-
sensum iudicem se, non iam Episcopi, sed
dei faceret: Nemo dissidio unitatis Chris-
sti Ecclesiam scinderet: nemo sibi placens,
ac tumens seorsum foris nouam hæresim
conderet, nisi si ita est aliquis sacrilegæ te-
meritatis, ac perditæ mentis, ut putet sine
Dei iudicio fieri Sacerdotem. Cum Domi-
nus in Euangelio suo dicat: Nonne duo pas-
seres

seres esse ueneunt, & neuter eorum cadit in terram sine patris uestri uoluntate: Cypria. lib. 1. Episto. 3.

Vnde enim schismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur, nisi dum Episcopus qui unus est, & Ecclesiæ præest, superba quorundam præsumptione contemnitur, & homo dignatione dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur: Quis enim hic est superbiæ tumor, quæ arrogantia animi, quæ mentis inflatio, ad cognitionem suam Præpositos & sacerdotes uocare: Cypria. lib. 4. Epistola nona.

Proficient amplius in impietate &c. quia hi qui nouitatibus student, nusquam erroris finem inuenient: Sed noua semper commenta, & corruptum dogma proferent. Ea est enim erroris uis, ut fisti nequeat, Chryso. in 2. Tim. Tertio Capite: Hom. 5.

Audi homo fidelis, qui contra hæreticum libenter contendis. Si Pharisei placati sunt, & tu certando contra hæreticum potes eum placare, cum uiceris. Nunquid Christo fortior es: ut quos ille non placauit, tu places: Chryso. To. 5. Ho. 37.

Si scripturas opinioni tuæ resistentes, non de industria alias reiecisses, alias corruptas, confudisset te hinc Euangelium &c. Alloquitur sic Tertullianus Hæreticum libro de carne Christi.

Hæresis
& Schisma
unde?

Hæretici
de errore
in errore
cadunt.

Hæretici
non cedunt
etiamsi
uincantur.

Hæretici
scripturas
aut corrupunt
aut
reijciunt.

Hæreticorum fraudes

Hereses non possunt esse sine studio & artificio. cōtentionis. Tertul. lib. de carne Christi.

Hereses apud eos multum ualent, qui in fide non ualent. De Hæreticorū præscrip. Tertull.

An cum
Hæreticis
conferen-
dum.

Vt non inimici essent hæretici, ut de refu-
giendis eis non præmoneremur, quale est con-
ferre cum hominibus, qui & ipsi adhuc se quæ-
rere consentunt. Et post pauca. Sed cum des-
cipiendi gratia prætendunt se adhuc quæ-
rere, ut nobis per sollicitudinis iniectionem, tra-
ctatus suos insinuent. Denique ubi adierunt
ad nos, statim quæ dicebant quærenda esse,
defendunt, Tertullianus de præscript. Hære.
Pag. 99.

Hære.
quomodo
emendent

Humanæ temeritatis, non diuinæ autorita-
tis negotium est hæresis, quæ sic semper es-
mendat Euangelia dum uitiat. Hæc Tertul-
lianus lib. 4. aduersus Martionem.

Euangelia
Cypria.

Nescis schismaticos semper inter initia sua
feruere, incrementa uero habere non posse,
nec augere, quod illicite cœperint, sed statim
cum praua sua æmulatione deficere. Cyp. lib.
4. Epistola 2.

Idem scri-
bit Luthe-
rus in Io-
nam.

Corruptores Euangelij atque interpretes
falsi, extrema ponunt, & superiora prætere-
unt, partim memores, & partim subdolecoru-
rumpentes: ut ipsi ab Ecclesia scissi sunt, ita
capituli unius sententiam scindunt. D. Cyp-
rianus Tracta. 3. de simplicitate prælato-
rum.

Hære. cor-
ruptores
Euangelij

Hæretis

Hæretici extra Ecclesiam constituti, & for-
tis positi, vindicant sibi rem nec sui iuris, nec
potestatis. Eisdem neque Baptisma, neque san-
guinis effusio prodest. Cyp. Epistola ad lu-
bavianum de Hære. Baptizandis.

Fit autem studio præsumptionis & contu-
maciæ, ut quis magis sua praua & falsa defen-
dat, quam ad alterius facta & uerba consen-
tiat. Cypria. ad Pompeium.

*Hæretico-
rum per-
tinacia.*

Quisquis ab Ecclesiæ unitate discesserit,
cum hæreticis necesse est inueniatur, Cypria.
ad Pompei.

Hæretica professio de bonis præscribit, ut
asserat mala: & de sanctitate præiudicat, ut im-
mundiciam subtiliter introducat: De licito
calumnias facit, ut obtinere illicitum possit.
Cypria. de singularitate clericorum.

Ita semper hæretici, aut nudas & simplices
uoces, coniecturis quo uolunt rapiunt, aut rur-
sus conditionales & rationales, simplicitatis
conditione dissoluunt. Tertullia. lib. 4.

Tertulli.

Hæreticis mos est, simplicia queque torque-
re. Tertullia. aduersus Hermogenem.

Hæresis ex ueritate accipit, quod ad menda-
cium suum struat etc. Tertullia. aduer. Praxeã.

Hæreses non tam nouitas, quam ueritas re-
uincit. Tertull. de uirginibus uelandis.

Omnia aduersus ueritatem, de ipsa uerita-
te constructa sunt, operantibus æmulationem
istâ spiritibus erroris etc. Ter. in Apologe. ca.

Hæreticorum fraudes

46. Pag. Et non ita multo post. Nunquam enim corpus umbra, aut ueritatem imago præcedit &c.

Hæretici uolunt ap- pellari Christianorum ap- pella. Hæretici & ipsi cognominantur Christiani, & nonnulli eorum etiam, lege tenus, per quam instructi Doctores se esse cæcorum, & Magistros infantium profitentur, probantes utiliora, quæ latere ab Ecclesiasticis dicunt. Orige, in Roma: cap. 2. lib. 2.
Sine scripturarum auctoritate garrulitas Hæreticorum non haberet fidem, nisi uiderentur peruersam doctrinam etiam diuinis testimonijs roborare: Et paulo post: Omnes hæretici, cum peruersa docent, se hominum solent asserere lucratores: cum non lucrum sit, sed perditio, animas interficere deceptorum. Hiero. ad Titum 1.

Hæretici umbram S. Scripturae habent Hæretici hî sunt, qui per uerba legis legem impugnant. Proprium enim sensum uerbis astruunt legis, ut prauitatem mentis suæ, legis auctoritate commendent: Sciens enim impietas auctoritatem multum ualere, fallaciam sub nomine eius componit, ut quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nominis commendetur Ambr. in Epistolam ad Titum 3.

Hære. q. 2. Nec si audieris, quia non est Paganus, non est Iudæus, statim putes esse Christianum, sed examina & alia cuncta: Nam & Manichæi, & omnis hæresis hanc sibi personam

nam imposuit, sic decipiunt simplices &c.
Io. Chrysofomus Heb. 5. Hom. 9.

Hæretici ad construenda & defendenda dogmata sua, multum perquirunt & discutiunt in scripturis diuinis &c. Orig. in Leui. Ho. 4.

Quanta sit Hæreticorum temeritas, quam nihil his sancti, nihil pensi sit, facile intelligi datur ex his quæ frequenter & ausi sunt, & commenti &c. Vide Ruffini Apolog. pro Orig.

Omne dogma (falsum scilicet) quoniam ex occasione ueritatis scripturarum nascitur, plerumq; in aliqua quidem parte uerum dicit, in alia autem falsum. Orig. in Matth. cap. 22.

Sic regnum alicuius uerbi insurgit aduersus alterius uerbi erratici regnum, quoniam Satanas, & omne mendacium aduersus seipsum diuiditur semper, propterea non potest stare. Orig. in cap. Matth. 24.

Vnumquodq; hæresum dogma non solum ueritati aduersatur, sed etiam cæteris dogmatibus similiter falsis. Orig. in Matth. 24.

Nemo in tali periculo falsi dogmatis facile superatur & fallitur, nisi qui nudus est ab operibus bonis. Orig. Matth. 24. Pag. 164.

Omnes hæretici ex eisdem sacris scripturis, falsas atq; fallaces opiniones suas conantur defendere. August. de Trinita. libro. primo. Capite. tertio.

Nulla unquam ex re, cuius principium nõ

Hæreticorum fraudes

elegans fuerit, si uel uitæ conduxerit, hæreses
prodire: Orig. libro 2. aduer. Celsum
Pag. 60.

In An-
nap.

Catholici Imperatores magna potestate
urgendos corrigendosq; decernunt eos, qui to-
tum orbem Christianum rebaptizare conan-
tur &c. August. contra lit. Peti. lib. 1. cap. 19.

Hæretici
filij Dia-
boli.

Diaboli filij sunt, qui homines ab Ecclesia
seducendo interficiunt. cap. 17.
Hæc est uera Diaboli consuetudo, ira de-
mum decipere, si sibi met uendicet uocabulum
sanctitatis &c. uerba Petilianus aduersus Au-
gusti. cap. 18.

Catholici.

Nos sumus Catholici qui non deserimus
unitatem. Vos uero hæretici qui propter quo-
rundam hominum crimina seu uera, seu falsa,
non uultis tenere cum Abraham semine cha-
ritatem Ibidem. cap. 36. Sunt autem uerba
D. Augustini.

Schisma
Hæresis.

Schisma fieri non potest, nisi diuersum ali-
quid sequantur, qui faciunt. Hæresis autē schi-
sma inueteratum est. Vide Augu. contra Crea-
sco. lib. 2. cap. 7. & cap. 7.

Hæretici
Christia-
norum no-
men sibi
attribu-
unt.

Non est aliud impius superbię tumor apud
omnes, qui se à Christi unitate scindunt, quam
se solos Christianos esse iactare, & damnare
cæteros, non solum quibus eorum lis nota
est, uerum etiam quibus eorum nec no-
men auditum est. Lib. 4. cap. 59.

Donatistæ dicebant Christianum nomen
perisse

perijſſe de tot Gentibus in orbe terrarū, & in ſola Africa remanſiſſe. Auguſtinus contra Epistolam Parme. lib. 2. Cap. 1.

Hæretici rem maniſeſtiſſimam, in lucem omnium gentium conſtitutam, uidere non poſſunt &c. Auguſt. contra Epistolam Parme. lib. 2. capite tercio.

Singulæ hæreſes (de Dona. & Maximianis loquitur) conantur allerere apud ſe tantummodo uerum Baptiſmum remanſiſſe: nec omnino eſſe alibi, neque in toto orbe terrarum quo Eccleſia Catholica expanditur &c. Auguſt. de Baptiſ. contra Donatiſtas lib. 1. cap. 6.

Quid prodeſt homini uel ſana fides, uel ſanum fortalſe fidei Sacramentum, ubi lætali uulnere Schiſmatis perempta eſt ſanitas charitatis &c. cap. 5.

Nimis amando ſententiam ſuam, uel inuidendo melioribus, uſque ad præcidende communionis, & condendi ſchiſmatis, uel hæreſis ſacrilegium peruenire, diabolica præſumptio eſt. In nullo autem aliter ſapere, quam res ſe habet, angelica perfectio eſt &c. Aug. de Baptiſ. contra Dona. lib. 2. Capite quinto.

Cataphryges ſe promiſſum paraclætum ſuſcepſiſſe dixerunt, & hinc à fide Catholica deuiarunt &c. Contra Fauſtum libro. 32. cap. 17.

Maligni

Non mis
tiora à
Luth. an
dies.

Sic Luth.
et. Zuing
glia.

Nota.

Hæretici
nimis
amāt ſuas
opiniones

Hæreticorum fraudes

In schis. Maligni malo studio legitis, stulti non in-
aut here telligitis, cæci non uideris. Quid enim magnū
si nō pro- erat ista diligenter inspicere, & eorundem scri-
dest S. Li ptorum magnam & salubrem inuenire cōgru-
terarū co entiam, si uos contentio non peruerteret, & si
gnitio. pietas uos adiuuaret? Augu. contra Faustum
 lib. 33. cap. 7.

Heretici Artemon hæreticus purum hominem id est
heresim absque deo fuisse Saluatorem confirmat, idē
suam di antiquitus ab ipsis etiam Apostolis traditum
eunt ab A esse mentitur. Aduersum quos unus ex Eccle-
postolis siasticis scriptoribus respondit, Aiunt, inquit,
originem etiam ipsos Apostolos ita uel suscepisse, uel ce-
suscipisse teris tradidisse, sicut nunc ipsi asserunt, & hanc
 ueritatem prædicationis esse seruata[m] usque
Here. sub ad Victoris tempora, Ecclesiasticæ Histo. lib.
 5, cap. 28.

umbra uc Illud profecto Diaboli artibus astute fieri
ritatis de- scire debemus, ut ueritati semper errores
cipiunt. connexi atque inserti, per similitudines fa-
 cile decipiant leuiore[s], Chryso[stom]o. Hom. 47
 in Math. cap. 13.

Here. scri Quia propria quis autoritate uti nō potest,
pturis S. ad uictoriam uerba legis adulterat, ut sensum
abutūtur. suum quasi uerba legis asserat, ut nō ratio, sed
 autoritas præscribere uideatur Ambro. in Ro.
 cap. 5.

Animaduertere potestis quoslibet errores
 fucari posse, ut imperitorum animis per orna-
 tam ianuam latenter irrepant. Si enim dice-
 rent

rent, Hæc sunt pestifera uerba ex uenioso fonte, quæ qui audierit & eisdem primam crediderit, deinde quæ insinuant custodierit, nunquam erit uitæ restituendus &c. omnes in quorum manus incidisset, in maxima odia concitaret, Augustinus contra Epistolâ Manichæi quam fundamenti uocant.

Ita sese habet Catholicæ Ecclesiæ antiquitas, ut ei omnes hæretici diuersa nomina imponant: cum ipsi sua singula, sicut ab omnibus appellantur, obtineant. D. Augustinus contra Sermo. Arrianorum.

Vasa iræ Hæretici, permittuntur ista (impia scilicet) garrere, ut tanquam de negligentisomno, excitentur uasa misericordiæ, & studio respondendi pestilentibus maledictis, adhibeant curam salubribus dictis. D. Augustinus contra Aduersa. Legis & Prophe. libro. 1. cap. 14.

Vaniloqui & mentis seductores aduersantes sacris literis quas intelligere nolunt, eligunt ex eis aspera que ibi leguntur ad commendandam seueritatem Dei: & de literis Euangelicis atq; Apostolicis leuia que ibi leguntur ad commendandam bonitatem Dei: & apud homines imperitos hinc ingerunt horrorem, inde querunt fauorem &c. Idem August. eiusdem lib. cap. 17.

Disputatio non solum schisma non uenit, sed etiam hæreses ad contentiones maiores addu-

Hæretici
saluberris
ma dogma
ta promittunt.

Hæresis
bonum.

addu

adducit &c. Tripar. Histo. lib. 9. cap. 19.

Non prohibet Christus (. Math. 13.) conciliabula hæreticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi concidere, uerum interficere ac trucidare &c. Chryso. Hom. 47. in Math.

Omnes fere Hæreses, quæ diuersis temporibus extiterunt, dum Sacramentum corporis & passionis ac resurrectionis Christi non intelligunt, ab Euangelio deuiarunt, Leo, Episco. 51.

Hæresis græcæ ab electione dicitur, quod scilicet unusquisque id sibi eligat, quod ei melius esse uideatur. Hierony. in Episto. D. Pauli ad Titum cap. 3.

Hæretici omnia curiosius explorare uolunt, & conditoris omnium generationem comprehendisse se putant. Chryso. Hom. 15. in Gene.

Hæretici in uarios errores incidunt, quando nec sententiam dicentis, nec habitum audientium inquirunt, sed tantum nudis uerbis insunt. Chryso. Hom. 39. in Ioan. Euange.

Cum Ecclesia semper ab initio uulpes habuerit, cito omnes compertæ & captæ sunt. Confligebat Hæreticus palam, nam inde Hæreticus maximè, quod palam uincere cupiebat, et succumbebat. Ita ergo facile capiuntur illæ uulpes. Quid enim si posita in lucem ueritate, Hæreticus in suæ pertinaciæ tenebris

tenebris remanens, solus foras relegatus
arefceret.

Nihilominus capta reputabatur uulpes,
condemnata impietate, & impio foras misso,
ostentui utique iam uicturo, non fructui.
Ex hoc iuxta Prophetam erant illi ubera
arentia, & uenter sterilis, quia non repullu-
lat error publicè confutatus, & falsitas aper-
ta non germinat. Quid faciemus his mali-
gniss. uulpibus, ut capi queant, quæ nocere,
quam uincere malunt, & ne apparere qui-
dem uolunt, sed serpere? Omnibus una in-
tentio Hereticis semper fuit, captare gloriam
de singularitate scientiæ &c. D. Bernh. in
Cantica Contico. Ser. 65.

HÆRETICORVM

indoles, testibus Lutheranis

& Zuinglianis.

Nemo unquam peruersum hominem,
uerbis aut sapientia uicit: nec fidei cau-
sam, suis uiribus ullus unquam defen-
dit, ut in omnibus hæreticis monstratum est,
quoniam nec Apostoli, nec Prophetæ, neque
adeo ipse Christus suos Hypocritas potuit
superare, cum impij etiam uicti, uicti esse
nolint

87 Hæreticorum fraudes
nolint &c. Hætenus Mart. Luth in Psalm.
16. Pag. 346.

Hoc uidimus & uidemus in omnibus hære-
ticis obtigisse, ut primum quidem hominibus
placuerint, sed postea dissipata sunt ossa eorū,
(ut Psalm. 17. dicitur) confusi sunt, quoniam
Deus spreuit eos etc. uide ibidē Mart. Luth.
in Psalm. 5. Pag. 97.

Neq; enim ulli hæretici, unquam uicti sunt,
ui aut astu, sed mutua dissensione, sicut inter
Sichimitas, Iudic. 9. inter Babilonicæ turris
operarios, & in nostro testamento inter Ara-
rianos, Donatistas, Pelagianos. Sed & Iudæi
nouissima uastitate perierunt dissensione, Ita
ut Hilarius, S. uir gloriatur in libro de Tris-
nitate, bellum Hæreticorum, esse pacem Eccles-
iæ &c. super uersum. Decidant à cogitationi-
bus suis, M. Luth, in Psalm. 5. Pag. 9. 8.

Est enim res periculosa, et quæ cuiq; con-
tentioso uehementer perpendenda est, id ge-
nus opinionum semel animo cōceptam, pro-
ponere, & defendendum suscipere, quod etiam
conuicti peruerso carnis pudore illud relinque-
re non possumus. Hoc omnibus usu uenisse
Hæreticis nemo negare potest, super modum
enim graue est carni, opinionis & erroris tan-
topere ante asserti, palinodiam canere, aut à
priori sententia discedere: qua re ueremur, ne
nostra apud homines opinio aut existimatio,
adeo ut citius ueritati, ipsiq; Christo iniuriam
fieri

*Nota dis-
tinguer.*

feri patiamur, quam opinionē nostram improbari, &c. uincet. Obsopœus in præfa. in sermo: Luthi. de Eucharistia.

Miseri homines, non sunt contenti suum De Bucca uirus proprijs, & tam infinitis libris sparsisse, ro & nisi & alienos libros eo ueneno illico perdant Zuingli. &c. M. Luth. Ioan. N. Typographo.

Hæreticorum ingenium est, scindere Ecclesiam, separare, & sibi alleclas facere, gregi non parcere, discordias seminare, peruersa docere, post se homines trahere, partes, sectas, et factiones instituire, propriam instituire Ecclesiam, H. Bullinge. Tract. 6. in Anabaptistas.

Peculiare siquidem hoc, & priscis & nostri sæculi hæreticis esse uidemus, omnem ueram eruditionem damnare, nec id quidem abs re: Vident enim quo mentes hominum ad ueritatem cognitionem sint instructiores, hoc minus ualere ipsorum imposturam, M. Bucerus, in Præfat. in Epistolam ad Rom. Pag. 38.

Hæreticus est qui contra doctrinam fidei nempe Euangelium, falsa dogmata spargit, nec respicit monitus, sic Pelagius, sic Anabaptistæ, Rhegius hæc in suo Catechismo. E. 4.

Nec ipse Christus suos Phariseos, & Saduceos prorsus potuit compescere, et conuertere, Ita tamen eos conuicit, & tantis angustijs conclusit, ut ne tantillum quidem contra eius doctrinam mutire & adducere potuerint, M. Luth. in cap. Eph. 6. Pag. B. 2.

Hæreticorum fraudes

Deo gra^o
tic.

Quamuis plantentur hæreses, & non nihil
floreant, tamen non ferunt fructum, M. Luth.
in Ionæ cap. 3. Pag. 61.

Omnes infideles scripturam tractant, et de
prauate illam adducunt, nō iuxta mentem Sp^u
s sancti, sed iuxta suas Phantasias, quas cōceper^u
runt, uel inuidia moti, uel inani gloria, quo ses^u
mel imbibitum errorem stabiliant, Ioan. Oes^u
colam. In cap. Math. 4. Pag. 47.

Falsos doctores Petrus uocauit eos, qui uel
contemptis sacris literis figmenta prædicant
humana, uel sacras scripturas ad animi sui af^u
fectum, libidinemq; detorquent, Bulling. 2.
Pe. 2. Pag. 97. uide. Pag. 98.

Sunt, quos rerū oblectat nouitas, sunt, quos
gloria uexat inanis, qui scilicet nouam ali^u
quam Lucem orbi primum intulisse uideri uo^u
lunt, aut certe uidisse aliquid egregij, quod an^u
te ipsos uiderit nullus, etc. uide causas heresum
copiosiss. apud Bullinge. in assertionem ortho^u
dox. utriusq; natu: in Christo, Pag. 5. & præce^u
dentibus. Locus notatu dignus est.

Hæreses
unde.

Omnes hæreses in Ecclesia natæ sunt ex ra^u
tionis argumentis: quia enim Euāgelij doctri^u
na, dissentit à ratione, necesse est errare eos, qui
non Euangelium, sed suæ rationis iudiciū ses^u
quantur, Melanchthon Coloss. 2. cap. C. 3. b.

Hæreses noscuntur ex probabilibus ratio^u
nibus, quas contra scripturam impij homines
amplectuntur, Nam cum uerbum Dei tradat
incom^u

incomprehensibilia rationi, mauult ratio ea sequi, quæ per se cernit, et comprehendit, ita sit, ut discedat à scriptura, Idem F. 7.

Inde hæreses omnes natæ sunt, quod homines uel parum oculati, uel impij sua somnia adtulerunt ad scripturam, non sententiam spiritus sanctus ex scriptura collegerunt, Melan. Coloss. 3. M. 3. b.

Omnes factiosi spiritus primum opinionem quandam concipiunt. hæc ubi satis non erit, aut inutilis, & inualida, illi confirmandæ scripturam quoque eo detorquere conantur, M. Luth. Sermo: de Eucharistia.

Hæreses
unde?

Hæreticorum opi-
niones nõ
ex scripturis.

HÆRESSES PETROBRUSIANORUM, Ante annos Quadringentos, ex D. Petro uenerabili.

Primum Hæreticorum capitulum, negat paruulos intra intelligibilem ætatem constitutos, Christi baptisate posse saluari, nec alienam fidem posse illis prodesse, qui sua uti non possunt, quoniam iuxta eos, non aliena fides, sed propria cum baptisate saluat, Domino dicente, Qui crediderit, & baptisatus fuerit, saluus erit, Qui uero non crediderit, condemnabitur.

Lutheranorum, et Anabap.

Hæreticorum fraudes

Karstbās
T.
Mintze-
rus.
Secundum capitulum dicit, Templorum uel Ecclesiarum fabricam fieri non debere, factas insuper subruui oportere, nec esse necessaria Christianis sacra loca ad orandum, quoniam æque in taberna & in Ecclesia, in foro & in templo ante altare uel ante stabulum, inuocatus Deus audit, & eos qui merentur exaudit.

Iconoma-
chi.
Tertium capitulum, Cruces sacras confringi præcipit & succendi, quia species illa uel instrumentum (quo Christus tam dire tortus, tam crudeliter occisus est) non adoratio- ne, non ueneratione, uel aliqua supplicatione digna est, sed ad ultionem tormentorum & mortis eius omni dedecore de honestanda, gladijs concidenda, ignibus succidenda est.

Luth.
Zuing.
Anabap.
Quartum capitulum, non solum ueritatem corporis & sanguinis Domini, quotidie & continue per Sacramentum in Ecclesia oblatum negat, sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere decernit.

Luth.
Zuing.
Anabap.
Quintum capitulum, sacrificia, orationes, Eleemosynas, & reliqua bona pro defunctis fidelibus, à uiuis fidelibus facta, deridet, nec ea aliquem mortuorū uel in modo dico posse iuuare affirmat.

Exema

EXEMPLA EORVM

qui malis artibus & imposturis

Ecclesiam oppugnarunt.

MAnes gente Perses, uita & moribus Barbarus fuit, tam acer ingenio, ut insanire uel Dæmone adimpleri uideretur. Hic Christi se nunc gerere formam conabatur ostendere, nunc ipsum Paracletum se esse prædicabat, & elatus in insania, ad similitudinem Christi duodecim Discipulos eligens, ad prædicandum mittebat, **DOGMA TA STULTA ET IMPLIA** à diuersis Hæreticis, qui iam prius extincti fuerant, mutata disseminans. Eusebius lib. Ecclesia: Histo. 7. cap. 27.

Appollinaris apud Laodiciam Syriæ Episcopus, uir sane in cæteris instructus, sed dum contentionis uicio nimis agit, & aduersum omne quod quisq; dixerat, ire obuius delectatur, iactatione ingenij male fortis Hæresim ex contentione generauit, asserens solum corpus, non etiam animam à Domino in dispensatione susceptum. Eusebius Histo. Eccle. lib. 11. cap. 20

Sacerdotes & populi, qui Ario duce primitus fuerant ab Ecclesia diuulsi (ut aliquando etiam in semetipsam prædiues malicia desæuiret) in tres denuo sectas partesque finduntur. Eusebius Histo. Eccle. lib. 10. cap. 25.

Hæreticorum fraude

Eunomius, uir corpore, et anima leprosus, & interius, exteriusq; morbo regio corruptus, arte tamen dialectica præpotens, plurima contra fidem nostram scripsit, & disputandi leges sectatoribus suis dedit. Eusebius ibidem.

Ariani nec priscorū quempiam dignantur sibi met comparare, neq; præceptoribus se, à quibus nos ab infantia eruditi sumus, æquari patiuntur, neq; cōministrorū quenq; nunc ubicunq; consistentium in mensura sapientiæ reputant, quasi soli sapientes, & nihil habentes, atq; nouorum dogmatum inuectores, & quibus solis reuelata sint, quæ à nullo altero sub Sole intellecta noscuntur. O scelestæ superbia, immensa uesania, uanæ gloriæ furor, sapientiæ satanæ in animas eorum nequissimas uehementer insiliens. Non deterruit eos antiquarum scripturarum Deo amabilium explanatio, non ministrorum consors reuerentia de Christo ferocitatem eorum mansuefecit, &c. uerba sunt Alexandri Episcopi Cōstantinop.

*Euangelium
under
dem bäck*

*Idem [Lu
therus in
libro de
Ecclesia,
& Cons
cilijs.
Hoc om
nes Hære
tici.*

lib. 1. Tripartitæ Historiæ cap. 14.

Sabinus Arianus Patres, qui in Nicæa cōs uenerant, per contemptum idiotas uocatur, & imperitos. Tripar: Historiæ lib. 2. cap. 8.

Eusebius. Arianus suum uenenum euomēs scribit se non nisi suis proprijs rationibus, sed quod ex scripturis sanctis didicerat, docere. Tripar. Histo. lib. 1. cap. 17.

Veritatis deprauatores nō suā scripturæ mētē accom

accomodantes, sed ad suam uoluntatem mentem scripturarū, sententiarumq; trahunt, atq; peruertūt. D. Basi. Cōgres. 2. ī Hexamerō q̄s.

Hæretici adaptare cupiunt ea quæ benedicta sunt, ijs, quæ male inuenta sunt ab ipsis.

D. Irenæus libro primo aduersus Hæreses ca. 1.

Hæretici particulas quasdam de scripturis eligunt, quibus decipiunt imperitos, non connectentes, quæ supra, & infra scripta sunt, ex quibus uoluntas, et intentio scriptoris possit intelligi. D. Augustinus contra Adimantum cap. 14.

Hæretici plerumq; se paucitate cōmendant.

D. Augustinus sermone Dñi in monte lib. 2.

Hæretici quoniam sunt cæci ad ueritatem, necessitatem habēt, alteram, et alteram ambulare exorbitantes uiam: et propter hoc in consonanter, et incōsequēter dispersa sunt uestigia doctrinæ ipsorum. D. Irenæus li. 5. Pag. 319.

Ex his hominibus fiunt Hæretici, qui etiā si essent in Ecclesia, nihilominus errarent. Cum

autem foris sunt, plurimum profunt, non uerum docendo, quod nesciunt: sed ad uerum

querendū carnales, et ad uerum apperiendū

spiritalis catholicos excitando. Sunt. n. innu-

nerabiles in Ecclesia sancta Deo p̄bati uiri, sed manifesti nō sicut inter nos quādiu imperitiæ

nostrę tenebris delectati dormire malimus, q̄ lucē ueritatis intueri. Quia p̄pter multi, ut diē

dei uideāt, et gaudeāt, per hæreticos de somno excitantur.

*Sic abini-
tio Luth.*

*Hæretici
ex quibus
hominibus.*

Hæreticorum fraudes

Hæretici Ecclesie profunt. Utamur igitur etiam Hæreticis, non ut eorum approbemus errores, sed ut Catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes, Vigilantiores et cautiores simus, etiam si eos ad salutem reuocare non possumus. D. Augustinus de uera Religione cap. 8.

Hæreticus. Hæreticus est, ut quidē mea fert opinio, qui alicuius temporalis cōmodi, et maxime glorię principatusq; sui gratia, falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequit: Ille autē qui huiusmodi credit hominibus, homo est imaginatione quadam ueritatis ac pietatis illusus. Augustinus de utilitate credendi, cap. 1.

Sic nōnulli ex Lutherano Eschliam & Danielem faciunt. Manichæi autoris suis Manis uidelicet Hæresiarche personā in Apostolorum numerū inducere molientes, dicūt spiritū sanctū, quem Dñs discipulis semissurū esse promisit, per ipsū ad nos uenisse. D. Aug. eiusdē li. cap. 3.

Nota. Hæreticorū imphatio facit eminere quid Ecclesia Catholica sentiat, et quid habeat sana doctrina. Aug. li. confes. 7. cap. 19.

Sicut Mulierculæ turpitudine deditæ, ueste atque auro, cæterisque ornamentis & turpitudinē suā occulcant, et nō præuidentes ad perniciem attrahūt: eodē modo isti uerę Religionis pulchritudinē fingentes, scripturæ auctoritate errores suos conant communire. Sed qui uigilanter, et cū ratione scripturas legunt, dolis ipsorū non capiunt, sed uerā amplexi fidei professionem clamant, Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentis

bus eorum, Cyrillus in præfatio. Theſauri.

Martionitæ falſo ſcientiæ nomine inflati, Scripturas quidem conſitentur, interpretationes uero conuertunt. Irenæus aduerſus Hæreſes lib. 3. cap. 12.

Ex his inſ

dica quid

Martio de

Euchariſt

ſtia ſenſe

rit.

Martion pro calice uino mixto fingens ſe gratias agere, & in multum extendens ſermonem inuocationis, purpureum & rubicundū apparere facit, ut putetur ea gratia ab hñs quæ ſunt ſuper omnia, ſuum ſanguinem ſtillare in illius calicem per inuocationem eius, & ualde concupiſcere præſentes ex illo guſtare poculo, ut & in eos ſtillet quæ per Magum hunc uocatur gratia. Rurſus mulieribus dans calices mixtos, ipſas gratias agere iubet, præſente ſe, & ubi hoc factum eſt, ipſe alium calicē multo maiorem, quam eſt ille in quo illa ſeducta Euchariftiam facit, proferens & transfundens à minori qui eſt à muliere Euchariftia factus in illum qui eſt ab eo allatus multo maiorem, ſtatim dicens ita. Illa quæ eſt ante omnia inex cogitabilis & inenarrabilis gratia, adimpleat tuum intus hominem, multiplicet in te agnitionem ſuam, inſeminans granum Sinapis in bonam terram. Irenæus libro 1. cap. 9.

Baptiſma eorundem Hereticorum ſatis portentofum, idem Irenæus lib. 1. deſcribit cap. 18.

Qui ſciſmata operantur, ſunt immanes nō habentes Dei dilectionē, ſuamq; utilitatem potius conſiderant, quam unitatem Eccleſiæ, &

Hæreticorum fraudes

propter modicas, & quaslibet causas, magnū, & gloriosum Christi corpus conscindunt, & diuidunt, & quantum in ipsis est, interficiunt, pacem loquentes, & bellum operantes, uere liquantes culicem, & Camelum transglutientes. Nulla autem ab eis tanta potest fieri correptio, quanta est schismatis pernicies. Irenæus lib. 4. aduersus Hæreses cap. 62.

Hæretici paruulos, & interioris lucis ignaros, non lacte nutriunt, sed uenenis necant. Augustinus in Psalm. 10.

Hæretici etiam sibi uidentur habere Christum. Nemo enim Christi nomen negat: sed negat Christum, qui non omnia, quæ Christi sunt, confitetur. Ambro. in Lucæ cap. 9.

Hæretici uulpes sunt, & nomine promittunt, quod sequantur Christum, sed studio fraudis abiurant. Ambro. in Lucæ cap. 10.

Nouatus Ecclesiæ Romanæ presbyter, elatione quadam tumidus, lapsis salutis spem pernitus ademerat, etiam si digne pœnituisent. Ex quo & princeps hæreseos extitit Nouatianorum, qui ab Ecclesia separati, superbo nomine semetipsos καθ'αγορὴν id est mundos appellarunt. Ob quam rem concilium sacerdotale celeberrimū in urbe Roma congregatū est, &c. Et post pauca. Extat & alia Epistola Cornelij ad Fabianū Antiochię Episcopū scripta, edocens singula quę de Nouato, quis, qualis fuerit uel uita, uel morib. et quō ab Ecclesia Dñi declinauerit. Et rursus. Addit præ

terea etiã hæc in Epistola, qd' cū sæper fratrib.
iurare solitus sit, Episcopatū se omnino nō cu-
pere, subito & improviso uelut nouū plasma
Episcopus apparuit, scilicet disciplinā, et statu-
ta Ecclesiastica uēdicabat, etiam Episcopatū,
quem non à Deo acceperat, præsumebat, &c.
Eusebius Eccle. Histo. lib. 6. cap. 33.

Lis Hæreticorum nostra fides est, omnesq;
illi se inuicem uincendo uincuntur. Hila. li. 1.
de Trinita. Pag. 11.

De intelligētia hæresis est, nō de scriptura, &
sēsus, nō sermo, sit crimē. Hi. de Tri. li. 2. pa. 17

Apud Hæreticos omnis scripturę sensus in-
certus est, Hila. de Trinita. lib. 2. Pag. 18.

Hæretici uidentur sibi de singulis, quæ asse-
runt præstare rationē, quia singulis assertioni-
bus suis, quedā ex diuinis uoluminibus testi-
monia subdiderūt, quę, corrupto intelligentię
sensu, solis tantū ignorātibus blādiantur, **SPE-
CIEM VERITATIS** secundum prauitatē
interpretantium præstitura. Hilarius de Tri-
nita. lib. 4. Pag. 45. & 48.

Hæretici penes se esse ueritatē Catholicam
mentiuntur. Hilarius in Matth. Cano. 10.

Hæreticorū sermo in orbem semper, & cir-
culum erroris inflexus nihil tenens, & in nullo
consistens, indefinitæ scientiæ cursu, recur-
susq; iactatur. Hila. in Psalm. 1

Nouatiani, & Donatiani baptismū sibi uē-
dicāt, et à nris baptisatos reprobātes, baptisati
ab his

Hæreticorum fraudes

ab his gloriatur in personis eorum Ambro,
in 1. Cor. 2.

Nouatus amissi Episcopus dolore succensa
sus, schisma composuit. Ambro. de pœnitentia
lib. 1. cap. 15,

Hæreticorum plura nomina, sed una est
perfidia, impietate non dissonans, commu-
nitione discordans, non dissimilis fraude, sed
cogitatione discreta. Ambro. de Fide cap. 4
libro. 1.

Hæretici omnem uim uenenorum suorum,
in Dialectica disputatione constituunt. Am-
bro. lib. 1. de Fide cap. 3

Barrochobas uir crudelis & scelestus,
ex uocabulo suo (quod stellam significat) ue-
lut uilibus mancipijs persuadebat, se ob salu-
tem eorum sydus magnum cœlitus esse dela-
psum, egris mortalibus, & longa obscuritate
damnatis, ferre lucis auxiliũ. Eccl. Histo. li.
4. cap. 6. Sic Ludderi nomẽ interpretantur ac
deprauant quidam in fauorem sectæ, ex Lus-
dere facientes Lutherum,

Martion à Ponto originem ducens, Epi-
scopi quidem filius erat; uerum ubi uirginem
corrupisset, aufugit, propterea quod expelles-
retur à proprio patre ex Ecclesia. Quum autẽ
Rhomam adijisset, & pœnitentiam ac ueniam
petijisset ab his, qui illo tempore isthic erant, &
assequutus non esset, elatus est contra fidem, et
tria principia induxit, ac docuit, Bonum, &
Iustum

ustum, & Malum. Esseq; Nouum Testamen-
tum alienum à ueteri, & eo qui in ipso loquus
tus est. Carnis resurrectionem negat, baptisma
dat non solum unum, sed etiam tria post la-
psum. Pro mortuis autem in fide instructis aliq;
apud ipsos baptisantur. Intrepide autem etiã
mulieribus permittit, ut Lauacrum dent. Epi-
pha. To. 3. lib. 1. caput. 42.

Quidam eorum (scilicet Marcionistarum)
thalamum construunt, & nepharium quoddã
iniciandi celebrant genus, tanquã secretis qui-
busdam carminibus, ac uerbis, non tam sacris
quam execrabilibus eum qui introducitur,
consecrantes, spirituales nuptias aiunt esse
quod faciunt, instar uidelicet supernarum cõ-
iugationũ. Adducentes uerò eos ad aquam,
& baptisantes, hæc super eos proferunt uerba.
In nomine aiunt, ignoti patris omnium, & in
ueritate omnium matris, & in eo qui descendit
in Iesu. Ecclesiasti. Histo. lib. 4. cap. 2. Vide
Irenæum lib. 3. cap. 4. circa finem.

Anabap.

Archontici utuntur & ueteri & nouo Tea-
stamento, singula uerba ad suam ipsorum sen-
tentiam falso trahentes. Epipha. Tom. 3. pri-
mi libri. Cap. 40.

Encratitæ, nuptias reñciunt, ex Satana has
esse dicentes. Omnem autem animatarum
esum uitant. Epipha. lib. 2. Tom. 2. cap. 47.

Adamiani, à quodam Adam uiuente appella-
ti, ludibriũ magis quam ueritatis dogma hæ-
bentes

Hæreticorum fraudes

bentes. Nudi enim uelut ex matre tum uiri, tum
fæminæ, simul congregantur, & sic lectiones,
ac preces, & quodcunque tandem perficiunt.
Solitariè autem degunt, & continentiam ex-
ercerent, & Nuptias non admittunt. Et Eccle-
siam suam Paradysum esse putant. Epi-
pha. To. 2. lib. 2. cap. 45.

Quid a-
liud Lu-
therus cū
suis.

Aërius multa quidem contra Ecclesiam do-
cuit, fide quidem Arianus existens perfectis-
simus, uerum amplius docet non oportere of-
ferre pro, his qui obdormiunt. Ieiunare quar-
ta, et pro sabbato, et Quadragesima prohibet.
Renunciationem prædicat. Carnis esu omnis
generis utitur, et uoluptatū delictis licētissime.
Si uero quis ex discipulis eius ieiunare uelit,
ne in diebus ordinatis hoc facito, inquit, sed
quando uolueris, non enim es sub lege. Epi-
pha. libro. 3. Tom. 1. cap. 75. Afferit idem Epi-
scopum presbytero non esse excellentiorem.

Aetiani inter alias blasphemias docent, ab-
errare aliquem in aliqua scortatione, aut alio
peccato, nihil esse. Nihil enim, inquit, quæ-
rit Deus, quam ut sit quis solum in ipsorum fi-
de. Epipha. lib. 3. Tom. 2. cap. 78.

Montanus beatificabat eos, qui sibi famili-
arius adherabant, & promissionum magnitu-
dine tumidos reddebat. Eccle. Histo. lib. 5.
cap. 16.

Artemonitæ scripturas diuinas absq; ulla
timoris Dei reuerentia corruerunt, antiquæ
uero

uero fidei regulā proterue, & impte respuunt:
& inueniuntur tamen ipsorum Exemplaria
inter se ipsa multum dissonare, quia unusquisque,
ut sibi uideatur, emendat, sicq; diuinas scri-
pturas temere corrumpentes, eas emendare se
dicunt. Eccle. Histo. lib. 5. cap. 28.

Helchefaitæ quædam de scripturis sanctis
refutant, & rursus utuntur testimonijs de no-
uo, & ueteri testamento, quibus uolunt. Eccle. *Vide præ-
fationes
Lutheri
in Nouæ
Testa.*
Histo. lib. 6. cap. 28.

Millenarij, legē, et Prophetas p nihilo ducūt,
Euāgelia nō sequuntur Apostolorū scripta de-
spiciūt: solos autē libros Nepotis heretici, atq;
huius doctrinā, uelut magnū aliqd, & occultū
mysteriū uenerātur. Eccl. Hist. li. 7. cap. 22.

Paulus Samosatenus hæresim suam nunc
occultare, nunc etiam dissimulare conabatur:
Eccle. Histo. lib. 7. cap. 25.

Paulus Samosatenus posteaq; à doctrinæ re- *Sacrilega*
gula ad aliena se dogmata, & adulterina cōuer-
tit, nō opus est enumerare actus eius primores,
quō, cū prius egeus fuerit, & pauperimus, et
neq; ex parētū successione, neq; ullā quæstus oc-
casionē habuerit honestā, nūc ad summas diui-
tias peruenerit, nō aliunde, nisi ex SACRILE-
GIIS, & ex his, quæ per fraudē deripuit, concu-
tiens fratres, uendēs patrociniā, & fidē nego-
tiorū susceptorū nec accepta mercede custodi-
ens, existimans, secundum quod scriptum est,
quæstum esse pietatem. Ibidem:

Louinianus

Hæreticorum fraudes

Lutherū, & Iouinianus, dicit, uirgines, uiduas
& maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt,
si non discrepent cæteris operibus, eiusdem
esse meriti. Nititur approbare eos, qui plena
fide in Baptismate renati sunt, à Diabolo non
posse subuerti. Tertium proponit inter absti-
nentiã ciborum, & cum gratiarum actione
perceptionem eorum, nullam esse distantiam.
Quartum quod & extremum est, omnium,
qui suum baptisma seruauerint, unam in re-
gno celorum remunerationem &c. D. Hiero.
contra Iouinianum lib. 1. ab initio.

Iouinianistarum hæresis orta est ætate no-
stra inquit Augustinus, cum adhuc iuuenes
essemus. Hic omnia peccata, sicut Stoici Phi-
losophi, paria esse dicebat, nec posse peccare
hominem lauacro regenerationis accepto, nec
aliquid prodesse ieiunia, uel à cibis aliquibus
abstinentiam. Virginitatem Mariæ destrue-
bat, dicens eam pariendo fuisse corruptam.
Virginitatem etiam sanctimonialium, &
continentiam sexus uirilis in sanctis eligenti-
bus cælibem uitam, coniugiorum castorum
atq; fidelium meritis adæquabat: ita ut quæ-
dam uirgines sacræ prouectæ iam ætatis in
Urbe Roma, ubi hæc docebat, eo audito nu-
psisse dicantur. Non sanè ipse uel habebat uel
habere uolebat uxorem, quod non propter
aliquod apud Deum maius meritum in regno
uitæ perpetuæ profuturum, sed propter præ-
sentē

sentem prodesse necessitatem, ne homo coniugalibus patiatur molestias, disputabat. Cito tamen ista hæresis oppressa & extincta est, nec usq; ad deceptionem aliquorum sacerdotum potuit peruenire. D. Augustus de Hæresibus ad Quoduult Deum.

Arriani volebant ad Concilium Sardicenses uenire, nisi suo collegio Athanasianos & Paulianos expellerent &c. Tripar. Histo. lib.

4. Cap. 23.

Arriani, sectis de palma uirgis, & habentibus suos aculeos, Catholicorum dorso ita uerbis lacerarunt, ut quidam eorum sepius à medicis incisi sint propter spinas, quæ eorum dorsis inhærebant, alij uero dum non ferrent tormenta, mortui sunt &c. Tripar. Histo. lib.

5. cap. 3. Pag. 3. 6. 8.

Aëtius parum erat eruditus, & diuinarum literarum ignarus, tantummodo ad contentiones paratus, quod etiam quilibet rusticus facere potest. Et cum nec ueteres, qui eloquia Christiana fuerant interpretati, legisset, assererat se multum gaudere libris Clementis, & Aphricani, nec non Origenis, cum utique fuerit illi uiri totius sapientiæ uirtutibus eruditi, Tripar. Historiæ lib. 5. cap.

23.

Macedonius hæreticus potius, affligebat eos qui ipsi consentire fugiebant & non solum orthodoxos, sed etiam Nouatianos,

M sciens

Hæreticorum fraudes.

sciens eos quoque Consubstantialitatis nomen suscipere. Quorum Episcopus Agellius persecutione faciente fugit. Plurimi uero indignes uiri detenti, nolentesque ei communicare, puniti sunt.

Qui post tormenta uiolenter communionem ore suo suscipere & tenere compellebantur. Ligno namque ora hominum aperientes, communicare cogebant. Si quis uero contra diceret, mox plagæ, uincula, & tormenta sequebantur, ita ut etiam foeminarum communicare nolentium mammillas in arca comprimentes abscinderent. Aliarum uero aut ferro, aut ouis ardentibus eadem membra comburrerent. Tripar. Hist. lib. 5. Cap. 23. Miracula hæreticorum sunt, ut sicut Apostoli de mortuis resuscitarunt, ita & hæretici, de uiuis mortuos faciunt. Tertullianus de Præscript. Hære.

Ipsæ mulieres Hæreticæ, quam prociaces, quæ audeant docere, contendere, exorcismos agere, curationes repromittere, fortasse an & tingere? Tertullianus in eodem libro.

Cerinthus à quo Cerinthiana Hæresis aborta est, signum suum auctoritatem magni nominis acquirere, secundum scripturam huius prauam intelligentiam, gestiebat &c. Eusebius ex Dionysio Eccle. Histo. lib. 3. cap. 28. Pag. 64.

Mani

Manichæus Apostolum Iesu Christi, providentia Dei patris se uocat. Vide Augustinum contra Episto. Fundamenti.

Hæretici non amant disputare, sed quoquo modo superare impudentissima peruicacia, ut congregent quæ non pepererunt. Augustinus contra Faustum lib. 13. cap. 3.

Illa est uero mirabilis impudentia, quam Manichæorum sacrilega & immunda societas, etiam castam sponsam Christi se iactare non dubitat. August. contra Faustum lib. 13. cap. 3.

Nunquid enim est Hæresis, quæ non ueritatem se nominet: & quanto est superbior, tanto magis se etiam perfectam nominat ueritatem. Ibidem lib. 32. cap. 17.

IPSA SE SCRIPTURA INTERPRETATUR. Fœlix Manichæus dicit apud D. Augustinum contra eundem lib. primi cap. 17.

Donatistæ dicebant se in ea esse Ecclesia, quæ iam non habet maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Augustinus de correctio Donarista. ad Bonifa. cap. 29.

Omnes Hæretici de paucitate gloriantur, & seducere, si possint, multitudinem quærunt. Augustinus contra aduersa. legis, & Prophetarum lib. 2. cap. 12.

Hæreticorū ueterū et nouorum oīm uox est, ipsa consuetudine iam sordidata atq; protrita

Hæreticorum fraudes

se scilicet sustinere inuidiam pro ueritate. Augustinus contra Iulianum lib. 5. cap. 1.

Omnes hæretici generaliter scientiæ pollicitatione decipiunt, et reprehendunt eos, quos simpliciter credentes inuenerint: & quia omnino carnalia persuadent, quasi ad carnalium oculorum apertionem conantur adducere, ut interior oculus excæcetur etc. Augustinus De Gene. contra Manichæos lib. 2. cap. 25.

In quibusdam locis Africae ubi pertinacior & impacatior præualuit multitudo Donatistarum, cui resistere non poterant pauciores quorum erat melior de communione sententia, aut turbæ autoritati paucorum potentiorum subditæ in malam partem, obtemperarunt, aliquanto diutius laboratum est. Ex his sunt in quibus adhuc laboratur, in quo labore multi Catholici, & maxime Episcopi & clerici horrenda & dura perpeffi sunt, quæ commemorare longum est, quando quorundam & oculi extincti sunt, & cuiusdam Episcopi manus & lingua præcissa est, nonnulli etiam trucidati sunt. Taceo crudelissimas cædes & domorum deprædationes, per nocturnas aggressiones, & incendia, non solum priuatorum habitaculorum, uerum etiam Ecclesiarum, in quas flammæ non desuerunt, qui & codices dominicos mitterent. Augustinus. Bonif. Epistola 50.

Si catholicorum domus Donatistæ non diripiuntur

ripuissent, si Catholicas Ecclesias non incendissent, si catholicorum codices sanctos in ipsa incendia non misissent, si catholicorum corpora non immanissimis cædibus afflixissent, si catholicorum membra non præcidissent, si oculos non extinxissent, si denique catholicos, non crudeliter occidissent: Hanc solam nos à uobis grauissimam persecutionem perpeti uerissime diceremus, quia uidemus uos insensatos, & tabescimus, quia infirmatos, & infirmamur, quia scandalizatos, & urimur, quia perditos, & lugemus: Augustinus cont. secundam Gaudenti Epistolam lib. 2. cap. 14.

Novi denique hæretici uos estis, sed istam pene omnium hæreticorum ueterem uocem cum cæteris agnouistis atque tenuistis, nec uos & alios decipiatis, uelut talem uocem habentes aduersus nos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationem nobiscum uenire per imperialia iussa compulsumus. Illorum enim furor occupauerat Africam totam, nec prædicari à Catholicis ueritatem, contra suum patiebantur errorem, uolentis aggressionibus, latrocinationibus, itinerum obsidionibus, rapinis, ignibus, cædibus multa uastantes, cuncta terrentes. Cum quibus apud Episcopos, quos communes non habebamus, nihil agere poteramus. Quod uero ante centum ferme annos maiores nostri cum eis egerant, iam popu-

Hæreticorum fraudes

lorum memoria non tenebat. Hæc igitur necessitas compulit, ut saltem gestis nostrâ collatione confectis, eorum contunderemus inuercundiam, & reprimeremus audaciam. Vestra uero apud competens iudicium communium Episcoporum, modo causa finita est. Nec amplius uobiscum agendum est, quantum ad ius examinis pertinet, nisi ut prolatam de hac re sententiam cum pace sequamini. Quod si nolueritis, à turbulenta uel insidiosa inquietudine cohibeamini. Similes autem estis potius Maximinianistis, qui cupientes exiguitatem suam nomine saltem certaminis consolari, & ideo uideri aliquid apud eos, quibus contemptibiles erant, quia inire nobiscum sinerentur examen, interpellantes eos, & libellum dantes, prouocantesque contempsimus. Magis enim de certamine nominari desiderabant, quam formidabant in certamine superari. Nec sperabant uictoriæ gloriam, sed famam requirebant collationis, quia multitudinis non habebant. Si ergo putatis, ideo uos esse uictores, quia non uobis datum est, quale desideratis examen, Maximinianistæ uos ad ista uaniloquia præcesserunt, quamuis dederit uobis Ecclesia catholica iudicium, quale debuit, ubi causa uestra finita est: illis autem nullum dare dignata est, quia non à nobis sicut uos, sed à Donatistis fuerant segregati. Augustinus

nus cont. Iulianum: Pelag. lib. 3. Cap. 1.

Quis enim nescit hoc genus hominum (scilicet Circuncellionum) in horrendis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus ociosum, crudelissimum in mortibus alienis, uilissimum in suis, maxime in agris terricans, ab aquis uacans, & uictus sui causa cellas circumiens rusticanas, unde & circuncellionum nomen accepit, uniuerso mundo pene famosissimum, Africani erroris opprobriū: Augu. cont. secundā Gaudenti Ep̄lam li. 2. cap. 20.

Presbyter quidam apud Alexandriam nomine Arrius, uir forma magis, quam uirtute religiosus, sed gloriæ laudisque & nouitatis improbi procupidus, praua quædam de fide Christe perferre, & quæ arte inquisitionis inuenerat cæpit. Concilium Nicenum.

Pelagiani asserunt, in eo dei gratiam putandam, quod talem hominis instituit creauitq; naturam, quæ per propriam uoluntatem legem dei possit implere, siue naturaliter in corde cōscriptam, siue in literis datam, eandemq; legem ad gratiam pertinere, quod illam Deus in adiutorium hominibus dedit. Concilium Cartagi. ad Innocentium papam.

Pelagiani dicunt, posse hominem in hac uita, præceptis Dei cognitis, ad tantam perfectionem iustitiæ, sine adiutorio gratiæ saluatoris, per solum liberæ uoluntatis arbitrium peruenire, ut etiam non sit neces-

Hæreticorum fraudes.

sarium dicere, Dimitte nobis &c. Concilium
Mileuitanum ad Innocentium.

Eunomius Aetiū in suis libris extollit, &
hominem Dei uocat, multisque fauoribus ho-
norat. Tripar. Histo. lib. 5. cap. 43.

Iulianus omnes possessiones atq; pecunias
Cæsarien. Ecclesiarum cum uerberibus exqui-
rens, in medium iussit afferri. Clericos autem
uniuersos aggregari inter milites iussit. Tripa.
Histo. lib. 6. cap. 4.

Iulianus clericis, omnia priuilegia, honores,
cōsuetudinesq; subtraxit, et leges positas p̄ ia-
pulis soluit, ipsosq; curiē tradidit, simul et à uir-
ginibus et uiduis que p̄ penuria inter clericos
alebant, iussit exigi ea que pridē à publico ac-
cepisse uidebant, Constantinus em̄ Imperator
disponens res Ecclesiarū, unicuiq; ciuitati pro-
spexit, ut clerus sufficientia emolumenta perci-
peret, et hoc lege firmauit: quod hætenus mor-
tuo Iuliano seruat. Hanc exactiōē aiunt ual-
de fuisse crudelem. Auferebat enim subinde
pecunias, & ornamenta sacra, templaq; sub
Constantino & Constantio fundata destrue-
bantur: datæ ad ædificia pecuniæ rursus exi-
gebantur. Hac occasione sacerdotes, & Cleri-
ci, & populus Christianus crudeliter uexa-
bantur. Tripar. Histo. lib. 6. cap. 7.

Iulianus, quum uniuersa Deo dicata uasa et
pallia Templi Antiocheni collegisset, proij-
ciens in terrā, contumelijs et iniurijs ut uoluit
afficiens

afficiens Christum, super ea etiam sedit, & cum
 mulum auxit iniuriarum. Moxq; uerenda
 eius & loca senioribus circumposita feruntur
 esse percussa, & ad tantam peruenit putredinē
 ut uermes procrearentur, medicis laboranti-
 bus nec ualentibus uincere affectionem. Con-
 ficiebantur enim omnimoda preciosaq; medi-
 camina ex pinguibus uolatilibus, ut eorum
 pinguedine corrupta, & putria membra lini-
 rentur. Hoc facto, uermes ad superficiem pro-
 uocabant, quia in profundo ebullientes, per ui-
 uas serpebant carnes. Et donec moriretur, nō
 fuit ab hac affectione securus. Hoc itaq; cla-
 ruit diuina indignatione factum, cum etiam
 custodes Imperialium Theaurorum, & aliq;
 plurimi aduersus Ecclesias insurgentes, inopi-
 nata & miseranda morte defuncti sint, quasi su-
 perna indignatione damnati. Tripar. Historiæ
 lib. 6. cap. 10. Theodoretus lib. 3. cap. 12. & 13.

In Sebastia Ciuitate Idololatæ Ioannis
 Baptistæ loculum aperuerunt, igniq; tradide-
 runt ossa, ac puluerem disperferunt. Tripar.
 Histo. lib. 6. cap. 15.

Dij nostris mentibus, sunt propitij propter
 negligentiam quam habemus, cum illorum
 prouidentia in paruo tempore tanta mittatio
 facta sit, quantam ne petere quidem, quisquam
 ausus fuisset, Verba sunt Iuliani Aposta. Tri-
 par. Histo. lib. 6. cap. 29. Eadem sæpissime scri-
 psit Lutherus,

*Sic Luthe-
 rus mul-
 tis in locis*

Hæreticorum fraudes

Eadem ar
te utitur
Luthe.

Julianus Clericos & Ecclesiarum Pærsules à ciuitatibus submouere festinabat: studēs ut eorum absentia paulatim solueretur Ecclesia: neque sacrorum ministri, nec qui docerent, uel qui ministerijs participarentur, existerent: & per hoc longo tēpore paterentur propriæ Religionis obliuionem. Tripa. Histo. lib. 6. cap. 27.

Julianus considerans Christianismum ex uita bona & conuersatione consistere, studuit ubiq; templa Paganorū constructione & ordine Christianæ religionis ornare, sedibus, atq; processionibus, Paganorumq; dogmatibus atq; monitionibus. Lectores suæ superstitionis instituit instar Clericorum, ut et horas certas, & dies orationum solenniter obseruarent &c. Tripa. Histo. lib. 6. cap. 29.

Luthe
risch Psal
men.

Harmonius Bardisanæ quēdā cantica cōponebat, & impietatē melodice suauitati permiscens illiciebat audientes, & ad perniciem uenabatur. Tripa. Histo. lib. 8. cap. 6.

Ariani Sabbato atq; Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & Antiphonas ex Ariano dogmate compositas decantabant. Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cum ipsis Antiphonis per mediam ciuitatem egressi portam, ad suam Ecclesiam concurrebant &c. Tripa. li. 10. cap. 8.

Eudoxius Arianus, quum nulla alia re se ducere

ducere posset, Gotthos ut paternam & sanam mutare uellent doctrinam, dicebat, certamen esse uerborum, et non differentiam dogmatum; & sic seducti sunt, Tripar. Histo. lib. 8. ca. 13.

Macedoniani coniurationem habebant, nunquam se a sua secta recessuros. Tripar. Histo. lib. 9. cap. 43.

Timotheus & Georgius Ariani, licet in sua sententia manserint, religionem tamen Ariam perduxerunt latenter, ad meliora, Multas namque Arii blasphemias doctrinis proprijs expulerunt &c. Tripar. libro. 11. cap. 6.

Pag. 568.

Timotheus Herulus rabie quadam infectus, ordinationes Episcoporum faciebat, cum esset ipse inordinatus, & baptisabat, cum presbyter non existeret &c. Nicopherus in Eccle. Histo. sub Leone Imperat. Pagina. 599.

Manicheorum duæ maximæ sunt illecebæ, quibus decipiuntur incauti, ut uelint eos habere doctores, una, cum scripturas reprehendunt, uel quas male intelligunt, uel quas male intelligi uolunt. Altera, cum uitæ castæ & memorabilis continentiæ Imaginem præferunt &c. August. de moribus Ecclesiæ Catho. lib. 1. cap. 1.

Manichei, mendicanti homini qui Manicheus

Hæreticorum fraudes

cheus non est, neq; panem neque fruges, neq;
aquam dare solent, Ibidem lib. 2. cap. 15.

Manichei non prohibent auditores suos
ab esu carniū, sed tantum ab occidendo ani-
malia, Ibidem lib. 2. cap. 16.

Manichei propter persecutionem susti-
nent, sibi uendicant ueritatem, &c. Lib. 2.
cap. 19.

Manicheus non parui existimari senoluit,
sed Spiritum sanctum consolatorem & ditas-
torem fidelium, autoritate plenaria personas
liter in se esse persuadere conatus est. August.
Confess. lib. 5. Cap. 5.

Martionitæ, propterea inter semetipsos dis-
scordant, quia id affirmare cupiunt, quod non
potest stare &c. Verba Rhodonis apud Euse-
bii Histo. lib. 5. cap. 15.

Apelles asserbat non oportere omnino fi-
dei discuti rationem, sed unumquemq; debere
in eo quod credidit, permanere, salutem nam-
que esse his qui in Crucifixum sperant, tantū
ut in bonis operibus inueniantur &c. Ibidem
Lib. 5. cap. 13.

Hæresis martyres suos iactat &c. Sed
quæ poterit esse apud eos martyrii ueritas,
ubi Christi ueritas non est, Lib. 5. cap. 16.
Pagina. 117.

Montana Hæresis ultra. 40. annos durauit
lib. 5. cap. 18. Pag. 119.

Artemonis

Artemonis hæresis confirmat purum hominem, id est absq; Deo fuisse saluatorem, idq; antiquitus ab ipsis Apostolis traditum esse mentitur: Eusebius lib. 5. cap. 28.

Cathari Καθάρως id est mundos se appellâr, & Nouati somnia impie sectârur. Euseb. lib. 6. cap. 34.

Arianos Constantinus Imperator uocat Prophyrianos, ut quorum mores imitati sunt eorum uocabulo perfruantur, Horum etiam libros omnes igni tradere precepit, Socrates Tripart. Histo. lib. 2. Cap. 15.

Messaliani, qui ἐυχιστῆται, id est orantes et ἰψοστροφῆται, id est, afflati ac diuini uocantur, dicebant diuinum cibum nihil nec prodesse, nec ledere, de quo Dominus dixit, Qui commedit carnem meam &c. Trip. lib. 7. cap. 11.

Adelphius, dicebat nullam quidem utilitatem ex sancto baptisinate Baptizatis accedere, sed solam studiosam orationem, inhabitantem dæmonem effugare, &c. lib. 7. cap. 11.

Agelius Nouatianorum Episcopus cōuersationis integræ fuisse predicatur. Lib. 7. Cap. 20. Sic etiam Eusebii Samosatreni humilitas. lib. 7. cap. 16.

Hæretici soliti sunt facile sarcire mendacia &c. Theodoretus Trip. lib. 5. cap. 5.

Ioannes Apostolus discipulus Dñi, apud Ephesum cum balneas lauandi gratia fuisset ingressus

Hæreticorum fraudes


ingressus, & uidisset ibi Cerinthum, exiliuie continuo, & discessit non lotus, dicens. Fugiamus hinc, ne et balneę ipsę corruant, in quibus Cerinthus lauatur, ueritatis inimicus. Euse. Histo. Eccle. lib. 4. cap. 14.

Polycarpus Marrioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi. Anosce nos. Respondit, Agnosco agnosco primogenitum Satanę. Euse. Histo. lib. 4. cap. 14.

Tanta tunc Apostoli atque eorum discipuli in Religione cautela utebantur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo Hæreticorum, qui à ueritate deuiarat, habere paterentur. Ibidem,

INGOLSTADII EXCVDE:
bat Alexander Vuciffenhorn.

M. D. LXVI.



OCN 19991437